Coté 2,50 (Donville

450 F.

Liber rarus. V. Bauer Bibl. libb. rar. T. 3. p. 69. & Bibl. Feuerlin. p. 234. Libr. rar. Vorsprubl. 1. p. 402.

IOANNIS MEVRSI

ATHENAE ATTICÆ.

Sive,

De præcipuis Athenarum Antiquitatibus,

LIBRI III.



LVGDVNI BATAVORVM,
Apud COMMELINOS Fratres.

Anno cIↄ Iↄc XXIV.

Viris Ampliſſimis, Pruden-
tiſſimisq́;,

QVINTINO VERIO, IC.
Et Prætori;

IOANNI QVARTELARIO,

THOMÆ CASSIOPINIO,

CASPARO KINSCHOTIO, IC.

Reip. Hago-Comitanæ
Conſulibus,

IOANNES MEVRSIVS
Dedico, Conſecroq́;.

QVi incerta rerum humanarum volet contemplari, Viri Ampliſſimi, ac Prudentiſsimi, is Athenas mihi videat; illas olim tam

ingentes, vt ducenta ferè ſtadia in circuitu continerent: tam potentes, vt ſibi ipſos quoq; reges tributarios haberent: tam illuſtres, vt ſplendore, gloriaq;, plurimas Rerump. ſuperarent, ipſæ à nullâ vincerentur: at nunc ita imminuta eſt magnitudo, vt conſumpti animalis oſſa, ac pellis, quod Syneſius olim eleganter dixit, tantùm eſſe videantur: & potentia, adeò illis nulla reſtat, vt miſerrimam contra ſeruitutem ſeruiant, ſub Turcarum imperio

ſitæ:

ſitæ: gloriæ, item par fortuna eſt; & vix nomen nunc ſciretur, niſi Hiſtoria id ſeruaſſet. Ego, ceu reliquias quaſdam in cineres redacti corporis, quæ legendo apud Auctores ſingularia quondam in Vrbe obſeruaui, in volumen hoc colligere animum induxi; vt ſic quaſi inſtaurarem Vrbem, indignam, quæ tam miſerè intercideret. Huic Operi cùm patronos circumſpicerem, quibus rectè dedicarem, Vos inprimis occurriſtis; qui, vt benè

erga humaniores Literas animati ipsi estis, ita earum dignitatem, quantum in Vobis perbenignè defendendam existimatis. Atque vt publica ista causa, sic priuata quædam mea est. Ego, qui in territorio vestro natus, & educatus, prima quoque Literarum tyrocinia quadriennium in Gymnasio vestro feci, monumentum aliquod meæ obseruantiæ Vobis exhibendum statui. Itaque nunc hoc tenete; & me, ciuem, non indignum quem ametis,

metis, quasque offero ATHENAS, vt benignè complectamini, pro humanitate Vestrâ singulari, etiam atque etiam rogo. Lugduni Batauorum, ad diem IV Octobris, CIↃ IↃC XXIV.

IOANNIS

IOANNIS MEVRSI

ATHENARVM ATTICARVM,

Siue,

De præcipuis Vrbis Athenarum, Atticæq;, Antiquitatibus,

LIBER I.

CAP. I.

Athenæ Atticæ. De his Opus singulare, siue Meneclis, siue Callistrati, siue vtriusque. Harpocration emendatus, item Suidas; & fortassis Scholiastes Aristophanis.

ATHENÆ plures memorantur. Inter omnes vetustate, magnitudine, dignitate, potentiâ, famæ, primæ Atticæ: itaque, propter excellentiam, sic distinctè apud Auctores nominantur. Plautus, in Epidico, Act. III. Sc. IV.

—fateor me omnium
Hominum esse Athenis Atticis minimi pretij.

In Milite, Act. II. Sc. I.

Erat herus Athenis mihi, adolescens optimus;
Is amabat meretricem, matre Athenis Atticis.

Et Rudente, Act. III. Sc. IV.

Immò Athenis gnatus, altus, educatusque, Atticis.

Macrobius, Saturn. lib. VII. cap. I. *Nam si, vt apud Athenas Atticas, Areopagitæ tacentes judicant, ita inter epulas oportet sileri; non est vltra quærendum, inter mensas philosophandum nec ne sit.* Apuleius, Milesiâ I. *Continuatur Pythias, condiscipulus apud Athenas Atticas meus.* Et Florid. I. *Secta licet Athenis Atticis confirmata.* Ammianus, lib. XXVII. *Athenis Atticis antehac magister Rhetoricus.* Symmachus, ad Hephæstionem, lib. V. epist. XXXIII. *Vt solent Athenas Atticas aliqui, vel gymnasia petere Musarum; ita peregrinationes tuas, desiderio trahente, comitantur.* Occurrit etiam apud alios; nec colligere testimonia plura libet, quando & ista sunt plus satis. Ac de ijs olim Opus singulare scripsit Menecles, seu Callistratus; nam de Auctore dubitatur. Harpocration, in Ἑκατόμπεδον. Ὁ Παρθενὼν ὑπό τινων Ἑκατόμπεδος καλεῖται, διὰ κάλλος, καὶ εὐρυθμίαν, οὐ διὰ μέγεθος· ὡς Μενεκλῆς, ἢ Καλλίστρατος, ἐν τῷ Περὶ Ἀθηνῶν. *Parthenon à quibusdam Hecatompedos appellatur, propter pulcritudinem, & concinnitatem, non propter magnitudinem; vt Menecles auctor, siue Callistratus, in Opere De Athenis.* Iterum, in Κεραμεικός. Δύο εἰσὶ Κεραμεικοὶ, ὡς καὶ ὁ ῥήτωρ φησίν· ὁ μὲν, ἔνδον ἐν τῇ πόλει. ὁ δὲ ἕτερος, ἔξω τῆς πόλεως· ἔνθα καὶ τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τελευτήσαντας ἔθαπτον δημοσίᾳ, καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἔλεγον. ὡς δηλοῖ Μενεκλῆς, ἢ Καλλίστρατος, ἐν τῷ Περὶ Ἀθηνῶν. *Duo sunt Ceramici, vt Orator etiam ait; vnus quidem, intra Vrbem; alter verò, extra eam: vbi & in bello cæsos publico funere efferebant, & orationes funebres recitabant: vt Menecles refert, seu Callistratus, in Opere*

De

De Athenis. Non rectè est apud eundem, in Ἑρμαῖ. Μενεκλῆς, ἢ Καλλίστρατος, ἐν τῷ Περὶ Ἀθηναίων, γράφει ταυτί. *Menecles, siue Callistratus, in Opere De Atheniensibus, ista scribit*. Rescribe. ἐν τῷ Περὶ Ἀθηνῶν. *In Opere De Athenis*. Quo mendo laborat eius quoque exscriptor Suidas, itidem restituendus. Aristophanis Scholiastes Auibus vtrunque scripsisse, & Meneclem, & Callistratum, indicare videtur. Οἱ ἐν τῷ πολέμῳ ἀναιρούμενοι, ἐν τῷ Κεραμεικῷ ἐθάπτοντο· ὡς Μενεκλῆς, καὶ Καλλίστρατος, ἐν τοῖς Περὶ Ἀθηνῶν συγγράμμασι, φασί. *Qui in bello cecidissent, in Ceramico sepeliebantur; vt Menecles, & Callistratus, in libris De Athenis, referunt*. Nisi quis legendum putet; ὡς Μενεκλῆς, ἢ Καλλίστρατος, ἐν τοῖς Περὶ Ἀθηνῶν συγγράμμασι, φησί. *Vt Menecles, siue Callistratus, in libris De Athenis, refert*. Atque hoc Opus si exstaret, plurima certè disceremus, quæ nunc ignorare cogimur. Equidem induxi animum, denuò illustrare Vrbem; & collapsam tot jam annos, ex Auctorum monumentis, quantum stylo fieri potest, instaurare.

CAP. II.

Iunonis templum, à Mardonio incensum; & simulacrum, Alcamenis opus. Antiopes sepulcrum, & Menandri; atque in illud Epigramma Diodori. Euripidis cenotaphium. Sepulcrum ignoti; in quo miles, equo adstans, opus Praxitelis. Domus, pompis ordinandis. Πομπεῖον. *Pollucis locus restitutus. Socratis, Isocratis, & Comœdorum, statuæ. Templum Cereris, in quo simulacrum ipsius; tum Proserpinæ, & tenentis facem Iacchi. Neptunus equestris, in Polyboten hastam mittens.*

ATHENARUM Antiquitates, maximè insignes, quo Pausanias præit ordine, referemus; benè ita de Athenis merituri, & Pausania: in cuius Atticorum partem, quæ de Vrbe istâ agit, nostrum hoc Opus instar Commentarij erit. Incipit ille à Piræeo; quem cùm libro singulari, mox edendo, exposuerimus; in Phalero, huic annexo, desinentes: quæ deinde sese offerunt, persequemur. Quâ Phalero Athenas itum, hic Iunonis templum erat; neque fores, neque tectum vllum habens: à Mardonio id incensum, neque posteà instauratum, ad Pausaniæ vsque ætatem: tamen simulacrum inerat, ab Alcamene fabrefactum. Ipse narrat. Ἔστι δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν, τὴν ἐς Ἀθήνας ἐκ Φαληροῦ, ναὸς Ἥρας· οὔτε θύρας ἔχων, οὔτε ὄροφον. Μαρδόνιον φασὶν αὐτὸν ἐμπρῆσαι, τὸν Γωβρύου· τὸ δὲ ἄγαλμα, τὸ νῦν δὴ, καθὰ λέγουσιν, Ἀλκαμένους ἐστὶν ἔργον. *Est in viâ, qua Phalero Athenas itur, Iunonis fanum; neque fores habens, neque tectum: quod Mardonium incendisse ferunt, Gobrij F. simulacrum verò,*

verò, quod nunc exstat, uti ferunt, ab Alcamene est factum. Meminitque iterum Phocicis. Ἑλλήνων δὲ τοῖς ἀντιστᾶσι τῷ βαρβάρῳ, τὰ κατακαυθέντα ἱερὰ μὴ ἀνιστάναι σφίσιν ἔδοξεν· ἀλλ' ἐς τὸν πάντα ὑπολείπεσθαι χρόνον, τοῦ ἔχθους ὑπομνήματα. καὶ τοῦδε εἵνεκα οἵ τε ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ ναοὶ, καὶ Ἀθηναίοις τῆς Ἥρας ἐπὶ ὁδῷ τῇ Φαληρικῇ, καὶ οἱ ἐπὶ Φαληρῷ τῆς Δήμητρος, καὶ κατ' ἐμὲ ἔτι ἡμίκαυτοι μένουσι. *Græcis verò, qui cum Barbaro pugnarũt, visum fuit, incensa fana non instaurare, sed in omne ævum sic relinquere, ut odij monumenta essent. ideo Haliartiæ templa; & Iunonis, quod est apud Athenienses, in viâ Phalericâ; Cererisq́, quod Phaleri; etiam ad nostram ætatem semiusta permansere.* Mox Antiopæ monumentum, quod in Vrbem ingressis primum occurrebat, idem memorat. Ἐσελθόντων δὲ ἐς τὴν πόλιν, ἐστὶν Ἀντιόπης μνῆμα Ἀμαζόνος. *Vrbem ingressis, Antiopæ Amazonis monumentum sese offert.* E Piræeo verò in Vrbem ascendentibus, juxta viam est Menandri monumentum, & Euripidis cenotaphium. Pausanias. Ἀνιόντων δὲ ἐκ Πειραιῶς, εἰσὶ τάφοι κατὰ τὴν ὁδὸν γνωριμώτατοι Μενάνδρου τοῦ Διοπείθους, καὶ Εὐριπίδου κενόν. *E Piræeo ascendentibus, in via occurrunt sepulcra notissima Menandri, Diopithis filij; & Euripidis, sed hoc vacuum.* Ac Menandri quidem sepulcro Epigramma Diodori hoc inscriptum, quod exstat Anthologiæ lib. III. Tit. VI.

Βάκχῳ καὶ Μούσῃσι μεμηλότα τὸν Διοπείθους
  Κεκροπίδην ὑπ' ἐμοῦ, ξεῖνε, Μένανδρον ἔχω,
Ἐν πυρὶ τὴν ὀλίγην ὃς ἔχει κόνιν· ἢν δὲ Μένανδρον
  Δίζηαι, δήεις ἐν Διὸς, ἢ μακάρων.

Hic ego Cecropiden natum Diopithe Menandrum,
  Bacchi & Musarum delitias, teneo;

Exiguos cineres: quod si quæsiueris ipsam;
Cælestûm in regno, vel Iouis, inuenies.

De Euripidis cenotaphio, Thomæ Magistri etiam locus est, in eius vitâ. Ἐτάφη μὲν οὖν ἐν Μακεδονίᾳ, κενοτάφιον δὲ αὐτοῦ Ἀθήνῃσι γέγονε. ἐφ' οὗ ἐπέγραψε Θουκυδίδης ὁ συγγραφεύς, ἢ Τιμόθεος ὁ μελοποιὸς, τάδε.

Μνᾶμα μὲν Ἑλλὰς ἅπασ' Εὐριπίδου, ὀστέα δ' ἴσχει
Γῆ Μακεδών. ᾗ γὰρ δέξατο τέρμα βίου.
Πατρὶς δ' Ἑλλάδος Ἑλλὰς Ἀθῆναι. πλεῖστα δὲ Μούσας
Τέρψας, ἐκ πολλῶν καὶ τὸν ἔπαινον ἔχει.

Sepultus quidem est in Macedoniâ, cenotaphiumq; eius Athenis factum est; in quo Thucydides historicus, siue Timotheus poëta lyricus, hæc inscripsit:

Euripidis monumentum est Græcia tota; sed ossa,
In quâ exspirauit, terra tegit Macetûm:
Patria at Helladis Hellas Athenæ. plurima Musis
Grata canens, laudes vndique nactus habet.

Idque Epigramma exstat etiam Anthologiæ libro citato, cap. xxv. sed incerto Auctoris nomine. Progressis, non tam longè à portâ, aliud sepulcrum erat; cui miles superpositus, equo astans, à Praxitele fabrefactus. Pausanias. Ἔστι δὲ τάφος οὐ πόρρω τῶν πυλῶν, ἐπίθημα ἔχων στρατιώτην, ἵππῳ παρεστηκότα· ὃν τινα μὲν οὐκ οἶδα, Πραξιτέλης δὲ καὶ τὸν ἵππον, καὶ τὸν στρατιώτην, ἐποίησεν. *Non procul portâ, sepulcrum exstat; cui miles est impositus, equo adstans: qui quidem quis sit, equidem ignoro; verùm equum, militemq;, Praxiteles fecit.* Vrbem ingressis, ædificium spectabatur, in quo pompæ parabantur. Pausanias. Εἰσελθόντων δὲ εἰς τὴν πόλιν, οἰκοδόμημα ἐς παρασκευήν ἐστι τῶν πομπῶν, ἃς πέμπουσι· τὰς μὲν, ἀνὰ πᾶν ἔτος· τὰς δὲ, καὶ χρόνου διαλείποντος. *In Vrbem ingressis, ædificium*

ficium occurrit, ad pomparum apparatum factum; quarum has, quotannis mittunt: illas, per certa temporis interualla. Atque hoc erat, quod Πομπεῖον ex re dictum. Pollux lib. IX. cap. V. Ἤπου δὲ καὶ Πομπεῖον εἴη ἂν οἴκημα κοινὸν, Δημοσθένους εἰπόντος ἐν τῷ πρὸς Φορμίωνα περὶ δανείου, καὶ ταύτης ἐν τῷ Πομπείῳ διαμετρούμενα. Sed corrupta illic Demosthenis verba sic emendo. Καὶ ταῦτα ἴστ' ἐν τῷ Πομπείῳ διαμετρούμενοι. *Sed & Pompéum fuerit domicilium publicum, cum Demosthenes dicat, Orat. in Phormionem, de mutuo: Et hæc scitis, qui in Pompéo dimensi estis.* Oratoris eius locus, in Oratione istâ, ita habet. Ὅτε δὲ ὁ σῖτος ἐπετιμήθη πρότερον, καὶ ἐγένετο ἑκκαίδεκα δραχμῶν, εἰσαγαγόντες πλείους ἢ μυρίους μεδίμνους πυρῶν, διεμετρήσαμεν ὑμῖν τῆς καθεστηκυίας τιμῆς, πέντε δραχμῶν τὸν μέδιμνον. καὶ ταῦτα πάντες ἴστε, ἐν τῷ Πομπείῳ διαμετρούμενοι. *Cum verò annona coarctata esset, & ad sedecim drachmas peruenisset, inuectis amplius decies mille tritici medimnis, dimensi vobis sumus vsitato pretio, singulos medimnos quinque drachmis: & hæc omnes nostis, qui in Pompéo dimensi estis.* Diogenes Laertius, in cognomine Cynico, lib. VI. Καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἔφασκε, δεικνὺς τὴν τοῦ Διὸς στοὰν, καὶ Πομπεῖον, αὐτῷ ἐσκευακέναι ἐνδιαιτᾶσθαι. *Et Athenienses, commonstratâ Iouis porticu, ac Pompéo, locum sibi præparasse inquiebat, in quo victum haberet.* Et statuæ illic clarorum aliquot virorum erant. In his Socratis. Diogenes Laertius, in eius Vitâ, lib. II. Σωκράτη δὲ χαλκῆς εἰκόνος ἐτιμήσαντο, ἣν ἔθεσαν ἐν τῷ Πομπείῳ, Λυσίππου ταύτην ἐργασαμένου. *Socratem verò æneâ statuâ honorârunt, in Pompéo collocatâ, à Lysippo artifice factâ.* Item Isocratis imago picta. Plutarchus, in eius Vitâ, lib. De x Rhet. Ἦν δὲ αὐτοῦ καὶ γραπτὴ εἰκὼν ἐν τῷ Πομπείῳ. *Erat verò ipsius etiam picta*

imago in Pompéo. Etiam comœdorum. Plinius lib. XXXV. cap. XI. *Craterus comœdos Athenis in Pompéo pinxit.* Iuxta Pompéum, templum Cereris visebatur; in quo simulacrum ipsius, tum Proserpinæ quoque filiæ, & tenentis facem Iacchi: in pariete verò inscriptum litteris Atticis, ea Praxitelis opera esse. Pausanias. Καὶ πλησίον, ναός ἐστι Δήμητρος· ἀγάλματα δὲ, αὐτή τε, καὶ ἡ παῖς, καὶ δᾷδα ἔχων Ἴακχος. γέγραπται δὲ ἐπὶ τῷ τοίχῳ γράμμασιν Ἀττικοῖς, ἔργα εἶναι Πραξιτέλους. *In propinquo, fanum est Cereris; signaque in eo tum ipsius, filiæque, & tenentis facem Iacchi: inscriptum autem in pariete litteris Atticis, à Praxitele facta esse.* Non longè porrò à Cereris templo, Neptunus erat, equo insidens, & gigantem Polyboten hastâ petens; in quem fabula est Coorum, de Chelones promontorio. Pausanias. Τοῦ ναοῦ δὲ (τῆς Δήμητρος) οὐ πόῤῥω, Ποσειδῶν ἐστιν ἐφ' ἵππου, δόρυ ἀφιεὶς ἐπὶ γίγαντα Πολυβώτην, ἐς ὃν Κῴοις ὁ μῦθος περὶ τῆς ἄκρας ἔχει τῆς Χελώνης. *Non procul à (Cereris) templo, Neptunus est, equo insidens, & hastam jaciens in gigantem Polyboten; in quem Cois fertur fabula, de Chelones promontorio.*

CAP. III.

CAP. III.

Porticus variæ; & ante illas fœminarum, ac virorum illustrium, statuæ. Ex porticibus istis quædam deorum aliquot sacella habebat, & gymnasium Mercurij; in quo variæ eius dei statuæ erant, vnde vulgo ἡ τῶν Ἑρμῶν στοὰ dicta. Inscriptiones ibi, in honorem eorum, qui benè de rep. meriti. Tonstrina in propinquo, & forum. Polytionis domus. Suidas, & Eryxiæ Auctor, ac Dion Chrysostomus, emendati. Ea domus Baccho τῷ Μελπομένῳ dicata. Vitruuij locus restitutus. Simulacrum Mineruæ τῆς Παιωνίας, Iouis, Mnemosynes, Musarum, Apollinis, Acrati. Melanthij philosophi hortus; & in eo Lycurgi rhetoris, filiorumq́; monumenta. Acrati facies, Pisistrati imago à quibusdam existimata. Aedificium, in quo lutea simulacra, cùm Amphictyonis, deos alios, item Bacchum, conuiuio excipientis; tum Pegasi Eleutherensis, qui Athenas Bacchum primus introduxerat; cum in regionem Atticam Icarij tempore aduenisset. Porticus τῶν Θρακῶν; Aristophanes explicatus: τῶν ἀλφίτων, quæ & Ἀλφιτόπωλις, à Pericle structa; vbi Helena Zeuxidis erat: τοῦ Ἀτάλου, vbi tribunal Imperatoribus Romanorum postea structum.

A PORTA ad Ceramicum vsque porticus variæ; ante quas simulacra ænea fæminarum, & virorum, clariorum. ac porticuum harum vna, fana deorum quædam habebat; & gymnasium, quod Mercurij nuncupatum. Pausanias. Στοαὶ δέ εἰσιν ἀπὸ τῶν πυλῶν ἐς τὸν Κεραμεικὸν, καὶ εἰκόνες πρὸ αὐτῶν χαλκαῖ, καὶ γυναικῶν, καὶ ἀν-

 δρῶν,

δρῶν, ὅσοις τι ὑπῆρχε, καὶ ὧν τις λόγος εἰς δόξαν. ἡ δὲ ἑτέρα τῶν στοῶν, ἔχει μὲν ἱερὰ θεῶν· ἔχει δὲ γυμνάσιον, Ἑρμοῦ καλούμενον. *A porta ad Ceramicum, sunt porticus aliquot; & ante ipsas fœminarum, virorumque, quorum aliquod nomen exstat, statuæ aneæ. Vna verò è porticibus, habet deorum sacella; & gymnasium, quod Mercurij appellatum.* Et hæc ipsa est, quæ, à Mercurialibus illic statuis, dicta ἡ τῶν Ἑρμῶν; siue, *Mercuriorum*. Meminit Æschines, Orat. in Ctesiphontem. Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ δῆμος τιμὰς μεγάλας, ὡς τότ' ἐδόκει, τρεῖς λιθίνους Ἑρμᾶς στῆσαι ἐν τῇ στοᾷ τῇ τῶν Ἑρμῶν. *Deditque ipsis populus magnos honores, vt tunc quidem videbatur, tres Mercurios lapideos constituere in Mercuriorum porticu.* Et simpliciter, οἱ Ἑρμαῖ; siue, *Mercurij*. Menecles, siue Callistratus, ἐν τῷ Περὶ Ἀθηνῶν, apud Harpocrationem. Ἀπὸ γὰρ τῆς ποικίλης, καὶ τῆς τοῦ βασιλέως στοᾶς, εἰσὶν οἱ Ἑρμαῖ καλούμενοι. διὰ γὰρ τὸ πολλοὺς κεῖσθαι καὶ ὑπὸ ἰδιωτῶν, καὶ ἀρχόντων, ταύτην εἰληφέναι τὴν προσηγορίαν συμβέβηκεν. *A Pœcile, & Regiâ porticu, sunt Mercurij qui dicuntur; quia enim multi illic dedicati ab hominibus priuatis, & magistratibus, vsu venit, vt hoc nomine dicerentur.* Andocides Orat. Περὶ τῶν μυστηρίων. Τεῦκρος ἐπὶ τοῖς Ἑρμαῖς ἐμήνυσεν Εὐκτήμονα. *Teucer, ~~[illegible]~~ de Mercurijs ~~[illegible]~~, Euctemonem detulit.* Athenæus lib. IV. Ἰκρίον ἔστησε πρὸς τοῖς Ἑρμαῖς Ἀρισταγόρα, μετεωρότερον τῶν Ἑρμῶν. *Aristagoræ tabulatum posuit ad Mercurios, altius ipsis Mercurijs.* Porphyrius, De Vitâ Socratis, apud Theodoretum, Therapeut. XII. Ἦν δὲ καὶ τῶν ἐπιτιμωμένων καὶ τάδε Σωκράτει, ὅτι εἰς τοὺς ὄχλους εἰσωθεῖτο, καὶ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο πρὸς ταῖς τραπέζαις, καὶ πρὸς τοῖς Ἑρμαῖς. *Ex ijs, quæ Socrati impingebantur, hæc erant; quod in turba alios trudens impulisset, atque ad mensas, & Mercurios;*

curios, diutius commoratus esset. Et inscriptiones ibi legebantur, in honorem plurimorum, qui præclarè de rep. olim meriti. Hoc Demosthenis illa docent, Orat. in Leptinem. Ἔστι τοίνυν τις πρόχειρος λόγος, ὡς ἄρα καὶ παρ' ἡμῖν ἐπὶ τῶν προγόνων πολλὰ ἀγαθὰ εἰργασμένοι τινὲς, οὐδενὸς ἠξιοῦντο τοιούτου· ἀλλ' ἀγαπητῶς ἐπιγράμματος ἐν τοῖς Ἑρμαῖς ἐτύγχανον. *In promptu est etiam alia ratio; quod apud nos, maiorum quoque nostrorum temporibus, quidam se præclarè gesserint, qui non vllo tali honore digni habiti; sed, beneuolentiæ ergo, inscriptionem in Mercurijs consecuti.* In propinquo, tonstrina erat. Obseruo apud Lysiam, in Orat. Κατὰ Παγκλέωνος. Ἐλθὼν ἐπὶ τὸ κουρεῖον, τὸ παρὰ τοὺς Ἑρμᾶς. *Cum venisset in tonstrinam, quæ ad Mercurios.* Item forum. Mnesimachus in Hippotropho, apud Athenæum lib. IX. Ἔξω Μάνη στεῖχ' εἰς ἀγορὰν πρὸς τοὺς Ἑρμᾶς, οὗ προσφοιτῶσ' οἱ φύλαρχοι. *Foras, Mane; abi in forum ad Mercurios, quo tribuni accedant.* Illud ipsum est sine dubio, quod commemorat Plutarchus, in Vitâ Syllæ. Ἄνευ γὰρ τῶν κατὰ τὴν ἄλλην πόλιν ἀναιρεθέντων, ὁ περὶ τὴν ἀγορὰν φόνος ἐπέσχε πάντα τὸν ἐντὸς τοῦ Διπύλου Κεραμεικόν. *Nam præter hos, qui alibi per Vrbem cæsi, quæ circa forum cædes facta, Ceramicum vniuersum intra Dipylum inundabat.* Erat quoque Polytionis domus, in quâ sacra Eleusinia ex Atheniensibus quidam, loci nullo modo infimi, imitati dicebantur. Pausanias, de eâdem porticu. Ἔστι δὲ ἐν αὐτῇ Πολυτίωνος οἰκία, καθ' ἣν παρὰ τὴν ἐν Ἐλευσῖνι δρᾶσαι τελετὴν Ἀθηναίων φασὶν οὐ τοὺς ἀφανεστάτους. *Est in eâ Polytionis domus, in quâ sacra Eleusinia imitatos ferunt quosdam ex Atheniensibus haud infimi loci.* Designat autem Alcibiadis, Polytionis, & Theodori item factum; quod Plutar-

chus nobis tradit, in Alcibiade. Ἐν δὲ τούτῳ δούλους τινὰς, καὶ μετοίκους, προσήγαγεν Ἀνδροκλῆς ὁ δημαγωγὸς, ἄλλων τε ἀγαλμάτων περικοπὰς, καὶ μυστηρίων παρ' οἶνον ἀπομιμήσεις, τοῦ Ἀλκιβιάδου, καὶ τῶν φίλων, κατηγοροῦντας. ἔλεγον δὲ Θεόδωρον μέν τινα δρᾶν τὰ τοῦ κήρυκος, Πολυτίωνα δὲ τὰ τοῦ δᾳδούχου, τὰ δὲ τοῦ ἱεροφάντου τὸν Ἀλκιβιάδην. *Inter hæc Androcles, qui gratia apud populum valebat, seruos quosdam, & inquilinos, producebat; qui de statuis alijs dejectis, & per vinum effictis sacris Eleusinijs, Alcibiadem, & amicos item eius, accusarent: dicerentque, Theodorum quidem quendam, præconem egisse; Polytionem verò, tædiferum; Alcibiadem, hierophantam.* Et mox, in Decreto Vrbis. Καὶ (τὸν Ἀλκιβιάδην) ὀνομάζοντα αὐτὸν μὲν ἱεροφάντην, Πολυτίωνα δὲ δᾳδοῦχον, κήρυκα δὲ Θεόδωρον. *Et (Alcibiadem,) qui seipsum hierophantam nominaret; Polytionem, qui tædiferum; qui præconem, Theodorum.* Polytionis domum, & in eâ factum Alcibiadis patris, narrat filius, apud Isocratem, in Orat. De bigis. Εἰδότες δὲ, τὴν πόλιν τῶν μὲν περὶ τοὺς θεοὺς μάλιστ' ἂν ὀργισθεῖσαν, εἴ τις εἰς τὰ μυστήρια φαίνοιτο ἐξαμαρτάνων· τῶν δ' ἄλλων, εἴ τις τολμώη τὸν δῆμον καταλύειν· ἀμφοτέρας ταύτας συνθέντες τὰς αἰτίας, εἰσήγγελλον εἰς τὴν βουλὴν, λέγοντες, ὡς ὁ πατὴρ συνάγει μὲν τὴν ἑταιρίαν ἐπὶ νεωτέροις πράγμασιν· οὗτοι δ' ἐν τῇ Πολυτίωνος οἰκίᾳ συνδειπνοῦντες, τὰ μυστήρια ποιήσειεν. *Cum scirent autem, quod deorum cultum attinet, Vrbem maximè indignatam, si quis sacra Eleusinia violasset; in cæteris verò, si quis statum popularem abrogare ausus esset: vtrumque crimen hoc commenti, retulerunt ad Senatũ, patrem meum, ad res nouandas cœtus habere; qui quidem in ædibus Polytionis concœnantes sacra Cereris Eleusinæ celebrarent.* Corrigendus incertus Auctor apud Suidam, in ἐξωρχησάμην.

Ὁ δὲ,

Ὁ δὲ μεθυσθεὶς, ἐν τῇ οἰκίᾳ Πολυτίωνος τοῦ παρασίτου τὰ μυστήρια ἐξωρχήσατο. *Hic vero ebrius, in Polytionis parasiti domo sacra Cereris Eleusinæ prodidit.* Hodie non rectè editur, ἐν τῇ οἰκίᾳ Πουλτίωνος τοῦ π. Domus quoque mentionem, sed non facti Alcibiadis, apud Auctorem Eryxiæ habes; sed nec rectè Πουλυτίωνος ibi scribitur, geminis locis. Εἰ δέ τις τὴν Πουλυτίωνος οἰκίαν κεκτημένος εἴη, καὶ πλήρης εἴη χρυσίου, καὶ ἀργυρίου, ἡ οἰκία, οὐκ ἂν δεηθείη οὐδενός; *Si quis autem Polytionis domum possideret, eaq; auro, & argento, plena esset, ideóne opus nulla re haberet?* Et postea. Ἐν δὲ Σκύθαις τοῖς Νομάσιν εἴ τις τὴν Πουλυτίωνος οἰκίαν κεκτημένος εἴη, οὐδὲν ἂν πλουσιώτερος δοκοῖ εἶναι, ἢ εἰ παρ' ἡμῖν τὸν Λυκαβηττόν. *Quod si inter Scythas Nomadas domum quispiam Polytionis possideret, nihilo ille locupletior videatur, quam si apud nos Lycabettum.* Vtrobique rescribendum, Πολυτίωνος. Corruptum etiam viri nomẽ apud Dionem Chrysostomum, Orat. XVIII. Λέγω δὲ τῶν περὶ Ἀντίπατρον, καὶ Θεόδωρον, καὶ Πλουτίωνα, καὶ Κόνωνα. *Dico autem de Antipatro, Theodoro, Polytione, & Conone.* Rescribe itidem, καὶ Πολυτίωνα, & κ. Ea domus Pausaniæ tempore in fanum versa, Baccho sacrum; qui Μελπόμενος, quâ Apollo Μουσηγέτης ratione, dicebatur. Ipse enim mox subjungit. Ἐπ' ἐμοῦ δὲ ἀνεῖτο (ἡ Πολυτίωνος οἰκία) Διονύσῳ. Διόνυσον δὲ τοῦτον καλοῦσι Μελπόμενον, ἐπὶ τοιῷδε λόγῳ, ἐφ' ὁποίῳ περ Ἀπόλλωνα Μουσηγέτην. *Mea vero ætate dedicata erat (Polytionis domus) Baccho; quem Melpomenum vocant, qua ratione Apollinem Musagetam.* Ecce tibi, in Mercurij istâ porticu Bacchi fanum, è Polytionis domo factum, erat. Atque hinc emendandum censeo Vitruuij locum, lib. v. cap. IX. *Itemq; Athenis porticus est Mercurij, patrisq; Liberi fanum.* Hodie

die editur, *porticus Eumenici, patrisq; L. f.* Porrò in eâdem porticu varia simulacra erant, cum Mineruæ τῆς Παιωνίας, Iouis item, & Mnemosynes; tum Musarum, & Apollinis, Acratiq;: cuius facies sola exstabat, in pariete fabricata. Pausanias ibidem. Ἐνταῦθά ἐστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα Παιωνίας, καὶ Διὸς, καὶ Μνημοσύνης, καὶ Μουσῶν, Ἀπόλλωνός τε, ἀνάθημα καὶ ἔργον Εὐβουλίδου· καὶ δαίμων τῶν ἀμφὶ Διόνυσον, Ἄκρατος. πρόσωπόν ἐστιν οἱ μόνον, ἐνῳκοδομημένον τοίχῳ. *Est hîc Mineruæ simulacrum Pæoniæ, & Iouis, & Mnemosynes, Musarumq;, & Apollinis; Eubulidis donarium, & opus: tum genius, ex ijs, qui in Bacchi comitatu, Acratus. est illi duntaxat facies, in pariete inædificata.* Ad Mineruam τὴν Παιωνίαν quod attinet, ex aduerso eius hortus erat Melanthij philosophi; & sepulcra in eo Lycurgi oratoris, ac posterorum, ad Plutarchi vsque tempus conseruata. Ipse refert, in Lycurgi eius Vitâ, lib. De x. Rhet. Ἐτάφη δὲ αὐτὸς, καὶ τῶν ἐκγόνων τινὲς, δημοσίᾳ· καί ἐστιν αὐτῶν τὰ μνήματα ἄντικρυς τῆς Παιωνίας Ἀθηνᾶς, ἐν τῷ Μελανθίου τοῦ φιλοσόφου κήπῳ, τράπεζαι πεποιημέναι, αὐταί τε τοῦ Λυκούργου, καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ, ἐπιγεγραμμέναι, καὶ εἰς ἡμᾶς ἔτι σωζόμεναι. *Sepultus autem est cum ipse, tum nepotum aliqui, sumptu publico; ac monumenta eorum exstant ex aduerso Mineruæ Pæoniæ, in Melanthij philosophi horto, mensæ factæ; eæque Lycurgi, ac filiorum eius, nominibus inscriptæ: nostra quoque ætate superstites.* Quod ad Acrati faciem attinet, quæ spectari in hâc Bacchi æde solita, in pariete fabricata; illa ipsa est, quam Pisistrati imaginem putasse quosdam Athenæus nobis memorat, lib XII. Ὁ δὲ Πεισίστρατος καὶ ἐν πολλοῖς βαρὺς ἐγένετο, ὅπου καὶ τὸ Ἀθήνησιν ἐν Διονύσου πρόσωπον ἐκείνου τινὲς φασὶν εἶναι εἰκόνα. *Pisistratus verò in multis grauis fuit;*

faciemq;

facieMq; in Bacchi Athenis sunt nonnulli qui imaginem eius dicant. Retro Bacchi istud templum, ædificium quoddam erat, in quo simulacra è luto; Amphictyon, Baccho, aliisque dijs, epulum præbens: tum Eleutherensis Pegasus, qui Athenas primus Bacchum, Icarij tempore in Atticam advenam, introduxit. Pausanias. Μετὰ δὲ τὸ τοῦ Διονύσου τέμενός, ἐστιν οἴκημα, ἀγάλματα ἔχον ἐκ πηλοῦ· βασιλεὺς Ἀθηναίων Ἀμφικτύων, ἄλλους τε θεοὺς ἑστιῶν, καὶ Διόνυσον. ἐνταῦθα καὶ Πήγασός ἐστιν Ἐλευθερεὺς, ὃς Ἀθηναίοις θεὸν εἰσήγαγε. συνεπελάβετο δὲ οἱ τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον, ἀναμνῆσαν τὴν ἐπὶ Ἰκαρίου ποτὲ ἐπιδημίαν τοῦ θεοῦ. *A Bacchi fano cella est, in qua multæ è luto statuæ, cùm Amphictyonis, deos alios epulo excipientis, item Bacchum; tum Eleutherensis Pegasi, qui Atheniensibus deum adduxit: idq; ex oraculo Delphico, quo memoria ipsi renouata erat, deum olim Icarij tempore in eorum regionem aduenisse.* Atque hæc de vnâ Mercuriorum porticu, quæque in istâ, aut juxta, erant. Sed quæ aliæ fuere, quas Pausanias indicat quidem, verùm nomina tamen celat? An hîc & τῶν Θρᾳκῶν erat? Meminit eius Harpocration. Ὅτι δὲ καὶ Θρᾳκῶν στοά τις ἐλέγετο, δεδήλωκε καὶ Ἀντιφῶν, ἐν τῷ Πρὸς Νικοκλέα. *Quod verò & Thracum quædam porticus nuncupata, manifestum Antiphon fecit, in Oratione in Nicoclem.* Hæc ipsa est, quam designat Aristophanes in Concion.

Καὶ κηρύξει τοὺς ἐκ τοῦ βῆτ' ἐπὶ τὴν στοὰν ἀκολουθεῖν
Τὴν βασίλειον δειπνήσοντας· τὸ δὲ θῆτα, τὴν παρὰ ταύτην.

Et proclamabit illos, quibus βῆτα sorte obvenerit, ad porticum ut sequantur
Regiam cœnaturi; quibus vero θῆτα, in illam quæ est proxima.

Etiamne

Etiamne τῶν ἀλφίτων; inde dicta, quod farinæ ibi venditæ? Hesychius. Ἀλφίτων στοά, ἐν Ἀθήναις, ἐν ἧ τὰ ἄλφιτα ἐπωλεῖτο. *Farinarum porticus, Athenis; in qua farinæ vendebantur.* Quæ à Pericle exstructa. Aristophanis Scholiastes Acharnensibus. Στοᾶς στεναχούσης. τῆς λεγομένης Ἀλφιτοπώλιδος, ἣν ᾠκοδόμησε Περικλῆς. *Gemente porticu; quæ vocata Alphitopolis,* (siue dicas *Farinarum venditricem,*) *& à Pericle exstructa est.* Hæc est, quæ Ἀλφιτόπωλις dicitur Aristophani, in Concion.

Τοὺς δ' ἐκ τοῦ κάππα, εἰς τὴν στοὰν χωρεῖν τὴν ἀλφιτόπωλιν.

Quibus verò κάππα sorte obuenit, iÿ vt discedant in porticum farinariam.

Eratque illic Helena Zeuxidis. Eustathius ad Iliad. λ'. Ἦν δέ, φασι, καὶ ἀλφίτων στοὰ ἐν Ἀθήναις, ἐν ἧ καὶ ἡ τοῦ Ζεύξιδος ἀνέκειτο Ἑλένη. *Erat verò, inquiunt, etiam Farinarum porticus Athenis, in qua item Helena Zeuxidis spectabatur.* Anne item τοῦ Ἀττάλου, vbi tribunal Imperatoribus Romanorum postea structum? Apud Athenæum obseruo, lib. V. Ἀναβὰς οὖν ἐπὶ τὸ βῆμα, τὸ πρὸ τῆς Ἀττάλου στοᾶς, ᾠκοδομημένον τοῖς Ῥωμαίων στρατηγοῖς, στὰς ἐπὶ τούτου, καὶ περιβλέψας κυκλόθεν τὸ πλῆθος, ἔπειτα ἀναβλέψας· Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἔφη, τὰ πράγματά με βιάζεται, καὶ τὸ τῆς πατρίδος συμφέρον, ἀπαγγέλλειν ἃ οἶδα. *Cùm igitur ascendisset in tribunal, quod ante Attali porticum, exstructum Imperatoribus Romanorum, stans in eo, & circumspectans multitudinem; Viri Athenienses, inquit, rerum præsentium status, & patriæ vtilitas, cogunt me, quæ noui, vobis vt denuntiem.*

CAP. IV.

Vulcani templum. Mineruæ ſimulacrum. Carcer publicus. Veneris τῆς Οὐρανίας *ſimulacrum marmoreum, à Phidia factum, ab Aegeo dedicatum; vel, vt alij exiſtimabant, à Porphyrione.*

POſt commemoratas porticus, offert ſeſe Ceramicus. Pauſanias ſatis clarè indicat. Στοαὶ δέ εἰσιν ἀπὸ τῶν πυλῶν εἰς τὸν Κεραμεικόν. *Porticus verò ſunt à portâ vſque ad Ceramicum.* Sed de hoc ſeorſim à me libro ſingulari dictum. Eum verò prætergreſſis, Vulcani templum occurrebat; cui Mineruæ ſimulacrum aſſiſtebat, cum oculis glaucis. Pauſanias. Ὑπὲρ δὲ τὸν Κεραμεικὸν, καὶ στοὰν τὴν καλουμένην βασίλειον, ναός ἐστιν Ἡφαίστου· καὶ ὅτι μὲν ἄγαλμα παρέστηκεν Ἀθηνᾶς, οὐδὲν θαῦμα ἐποιούμην, τὸν ἐπὶ Ἐριχθονίῳ ἐπιστάμενος λόγον· τὸ δὲ ἄγαλμα ὁρῶν τῆς Ἀθηνᾶς, γλαυκοὺς ἔχον τοὺς ὀφθαλμοὺς, Λιβύων τὸν μῦθον ὄντα εὕρισκον. *Suprà Ceramicum, & porticum, quam appellant regiam, templum eſt Vulcani; cui quod Mineruæ ſimulacrum adſtabat, nullo modo ſum miratus, cum ſcirem quæ de Erichthonio feruntur: verùm, cùm viderem illud oculos cæſios habere, Libyum fabulam eſſe inueni.* Freculphus commune vtrique fuiſſe ait, Chron. Tom.I.lib.II.cap.X. *In templo Vulcani, & Mineruæ, quod ambo vnum habebant Athenis, expoſitus, inuentus eſt, dracone inuolutus.* Totidem verbis Abbas etiam Vrſpergenſis, in ſuo Chronico. Et ante eos Plato, in Critia. Τὸ μάχιμον αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ γένος μόνον περὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς Ἡφαίστου τε ἱερὸν κατῳκήκει. *Qui bello apti,*

apti, soli inter se circum Mineruæ Vulcaniq; templum habitabant. Augustinus, De Ciuit. Dei, lib. XVIII. cap. XII. *In templo Vulcani, & Mineruæ, quod ambo vnum habebant Athenis, expositus, inuentus est puer, dracone inuolutus.* Ac videtur carcer publicus ibi fuisse. Ingerit Isocrates, in Trapezitico. Προσῆλθεν ἡμῖν, φάσκων, ἕτοιμος εἶναι παραδοῦναι βασανίζειν τὸν παῖδα. ἑλόμενοι δὲ βασανιστὰς, ἀπηντήσαμεν εἰς τὸ Ἡφαίστειον. καὶ ἐγὼ μὲν ἠξίουν αὐτοὺς μαστιγοῦν τὸν ἐκδοθέντα, καὶ στρεβλοῦν, ἕως ἂν τἀληθῆ δόξειεν αὐτοῖς λέγειν. *Accessit ad nos, inquiens, paratum sese puerum quæstioni tradere; itaque, accitis tortoribus, ad Vulcani conuenimus. Ac ego quidem cupiebam, vt puer deditus flagellaretur, & torqueretur, donec eum vera dicere existimarent.* Item Andocides, in Orat. Περὶ τῶν μυστηρίων. Ἥκων δὲ εἰς ἄστυ, ζητητάς τε ἤδη ᾑρημένους καταλαμβάνει, καὶ μήνυτρα κεκηρυγμένα ἑκατὸν μνᾶς· ἰδὼν δὲ Εὔφημον τὸν Καλλίου, τοῦ Τηλεκλέους ἀδελφὸν, ἐν τῷ χαλκείῳ καθήμενον, ἀναγαγὼν αὐτὸν εἰς τὸ Ἡφαίστειον, λέγει, ἅπερ ὑμῖν ἐγὼ εἴρηκα, ὡς ἴδοι ἡμᾶς ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. *In Vrbem verò veniens, & quæsitores jam delectos esse comperit, & denuntiatum præconis voce indicinæ præmium centum minas; cùm autem Euphemum videret, Calliæ filium, Teleclis fratrem, in officinâ fabri ærarij considentem, in Vulcani eum ducens, dicit, quæ ego vobis dixi, se nos eâ nocte vidisse.* In propinquo templum erat Veneris τῆς Οὐρανίας, ab Ægeo structum; cùm & prolem sibi negatam, & sororum calamitatem, ab iratâ illâ deâ esse crederet: quanquam Athmonenses dicerent, à Porphyrione rege dedicatum. Habebat verò simulacrum etiam deæ, è lapide Pario, à Phidia factum. Pausanias. Πλησίον δὲ, ἱερόν ἐστιν Ἀφροδίτης Οὐρανίας. πρώτοις δὲ ἀνθρώπων Ἀσσυρίοις

Ἀσσυρίοις κατέστη σέβεσθαι τὴν Οὐρανίαν· μετὰ δὲ Ἀσσυρίους Κυπρίων Παρίοις, καὶ Φοινίκων τοῖς Ἀσκάλωνα ἔχουσιν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ. παρὰ δὲ Φοινίκων Κυθήριοι μαθόντες σέβουσιν. Ἀθηναίοις δὲ κατεστήσατο Αἰγεὺς, αὐτῷ τε οὐκ εἶναι παῖδας νομίζων. (οὔπω γὰρ τότε ἦσαν,) καὶ ταῖς ἀδελφαῖς γενέσθαι τὴν συμφορὰν, ἐκ μηνίματος τῆς Οὐρανίας. τὸ δὲ ἐφ' ἡμῶν ἔτι ἄγαλμα, λίθου Παρίου, καὶ ἔργον Φειδίου. δῆμος δέ ἐστιν Ἀθηναίοις Ἀθμονέων, οἱ Πορφυρίωνα, ἔτι πρότερον Ἀκταίου βασιλεύσαντα, τῆς Οὐρανίας φασὶ τὸ παρὰ σφίσιν ἱερὸν ἱδρύσασθαι. *Propè verò, fanum est Veneris Cœlestis; quam Assyrij primi hominum coluerunt, post Assyrios è Cypriis Parij, & è Phœnicibus Ascalonitæ in Palestinâ, à quibus Cytherij didicerunt. Apud Athenienses verò instituit Aegeus, cùm, quod liberos non haberet, quippe tunc adhuc improles, & sororum calamitatem à deæ irâ evenisse existimaret. Quod verò etiamnum exstat signum, è lapide Pario est, & à Phidia factum. Est autem apud Athenienses populus, Athmonenses; hi Porphyrionem dicunt, qui regnauit ante Actæum, Veneris Cœlestis templum, quod apud ipsos, dedicasse.*

CAP. V.

Porticus Ποικίλη. *Mercurius æneus*, Ἀγοραῖος *cognomento, prope portam collocatus: & trophæum, ob Plistarchum profligatum. Mercurius autem, ab archontibus dedicatus tribubus cunctis, idq; quando. Hesychij locus emendatus. Ara iuxta, à Callistrato dedicata. Porticus* Ποικίλη, *antè* Πεισιανάκτειος *dicta. Polygnoti, Miconis, & Panæni, in pingendâ eâ opera. Ac depicti Athenienses primùm cum Lacedæmoniis, inde cum Amazonibus pugnantes. Græci quoque, Troiam exscindentes; Aiacis facinus, regesq; ob id congregati: tum ipse Aiax, & Cassandra; ac Laodice, faciem Elpinices referens. Marathonia pugna; & in eâ Platæenses: Harpocrationis error ostensus. Speciatim verò expressi Callimachus, Cynægirus, Echetlus, siue Epizelus; item canis: Datis etiam, & Artaphernes: inde Miltiades, heros Marathon, Heraclidæ contra Eurystheum opem petentes, Theseus tanquam è terrâ exscendens, Minerua, Hercules, & Butes: Sophocles quoque, citharam tenens; denique Cynægiri statua. Clypei Scionæorum, & Spartanorum, hîc suspensi. Occisi ibidem à triginta mille, & quingenti, ciues; eaq; de re Diogenes Laertius emendatus, vt & Seneca. Et Stoicæ sectæ à Zenone initium factum. Ante eam circulatores spectabantur. Hadriani Imp. Pœcile.*

INDE ad nobilissimam porticum, quæ Ποικίλη dicebatur, via erat; in quâ Mercurius æneus stabat, Ἀγοραῖος appellatus, iuxta portam: ad quam trophæum, ab

ab Athenienſibus poſitum, ob Pliſtarchum profligatum. Pauſanias. Ἰοῦσι δὲ πρὸς τὴν στοάν, ἣν Ποικίλην ὀνομάζουσιν ἀπὸ τῶν γραφῶν, ἔστιν Ἑρμῆς χαλκοῦς, καλούμενος Ἀγοραῖος, καὶ πύλη πλησίον. ἔπεστι δέ οἱ τρόπαιον Ἀθηναίων, ἱππομαχίᾳ κρατησάντων Πλείσταρχον, ὃς τῆς ἵππου Κασσάνδρου, καὶ τοῦ ξενικοῦ, τὴν ἀρχὴν, ἀδελφὸς ὤν, ἐπετέτραπτο. *Euntibus ad porticum, quæ Varia dicitur à picturis, Mercurius ex ære occurrit, Forenſis dictus, & porta iuxta. In hâc trophæum Athenienſium, ob deuictum pugnâ equeſtri Pliſtarchum, qui, Caſſandri frater, equitatum eius, copiasq́; auxiliares, ducebat.* Meminit Mercurij huius Demoſthenes etiam, in Euergum. Ὡς δὲ τοῦτο εἰπόντος οὐκ ἀπεδίδου, ὕστερον αὐτῷ περιτυχὼν περὶ τὸν Ἑρμῆν, τὸν πρὸς τῇ πυλίδι, προσεκαλεσάμην πρός τε τοὺς ἀποστολέας, καὶ πρὸς τοὺς τῶν νεωρίων ἐπιμελητάς. *Quæ cùm dixiſſem, neque ille redderet, mihiq́; poſtea ad Mercurium, iuxta portulam, occurriſſet, ad claſſis præfectos, & naualium curatores, eum citaui.* Dedicatus autem fuit tribubus, à nouem archontibus. Harpocration docet, è Philochoro; vbi citatum Demoſthenis locum nobis explicat. Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλίδι. Δημοσθένης, ἐν τῷ κατ' Εὐέργου, καὶ Μνησιβούλου. Φιλόχορος, ἐν πέμπτῳ Ἀτθίδος, φησίν· ὡς οἱ ἐννέα ἄρχοντες ταῖς φυλαῖς ἀνέθησαν Ἑρμῆν παρὰ τὸν πυλῶνα. *Mercurius, qui ad portulam. Demoſthenes, contra Euergum, & Mneſibulum. Philochorus, libro quinto Atthidis, ait; nouem archontes dedicaſſe tribubus Mercurium, qui ad portam eſt.* Quæ habes quoque apud Suidam. Tribubus autem dedicatus; quia nimirum in foro eſſet, quod commune ciuibus omnibus omnium tribuum habebatur. Factum id autem, poſt archontem Cebridem. Heſychius. Ἀγοραῖος Ἑρμῆς. οὕτως ἐλέγετο ὄντως· καὶ ἀφίδρυτο, Κέβριδος

ἄρξαντος· ὡς μαρτυρεῖ Φιλόχορος, ἐν τρίτῳ. *Forensis Mercurius, ita reuerâ dicebatur;* (quod nimirum in foro esset collocatus.) *ac dicatus ille fuit, postquam Cebris magistratu functus esset: vt Philochorus testatur, libro tertio.* Ita restituo locum illum, qui mendosè hodiè editur; οὕτως ἐλέγετο ὄντος * καὶ ἀφίδρυτο. Porrò iuxtà ara erat, à Callistrato Aphidnæo rhetore posita. Plutarchus, in Demosthene, lib. De x. Rhet. Ἐδεήθη τοῦ παιδαγωγοῦ, ἵνα Καλλιστράτου, τοῦ Ἐμπαίδου, Ἀφιδναίου, ῥήτορος δοκίμου, καὶ ἱππαρχήσαντος, καὶ ἀναθέντος τὸν βωμὸν τῷ Ἑρμῇ τῷ Ἀγοραίῳ, μέλλοντος ἐν τῷ δήμῳ λέγειν, ἀκούσῃ. *Rogauit pædagogum, vt Callistratum, Empædi filium, Aphidnæum, rhetorem insignem, qui præfectus equitum fuerat, & Mercurio Forensi statuam posuerat, apud populum dicturum, audire liceret.* Ipsa porticus, antè Πεισιανάκτιος dicta; mox Ποικίλη, ob picturas illic varias. Isidorus, Orig. lib. VIII. cap. VI. *Porticus fuit Athenis, quam Pisianactiam appellabant, in quâ picta erant gesta sapientum, atque virorum fortium historiæ.* Suidas. Πεισιανάκτιος στοὰ, ἥ τις ἀπὸ Πολυγνώτου ζωγράφου Ποικίλη κληθεῖσα. *Pisianactia porticus, quæ à Polygnoto pictore Varia dicta.* Diogenes Laertius, in Zenone, lib. VII. Ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ, τῇ καὶ Πεισιανακτίῳ καλουμένῃ, ἀπὸ δὲ τῆς γραφῆς τῆς Πολυγνώτου, Ποικίλῃ. *In porticu Variâ, quæ & Pisianactia dicta; verùm Varia, à picturâ Polygnoti.* Plutarchus, in Cimone. Ἐν τῇ Πεισιανακτίῳ τότε καλουμένῃ, Ποικίλῃ δὲ νῦν στοᾷ. *In porticu, quæ tunc Pisianactia, & nunc Varia, appellata.* Inscriptio, quam, pænè evanidam vetustate, se legisse in pariete quodam memorat Theodosius Zygomalas, in Epistolâ De Periculis Vrbis Constantinopolitanæ.

Ἐκ

Ἐκ τ͂ πρὸ πολλῶν τ͂ λόγων τὴν μητέρα,
Χρυσᾶς Ἀθήνας, τὴν περίβλεπτον πόλιν,
Στοά τις ἤδη ποικίλως κοσμουμένη
Γραφῶν ἐκαλλώπιζεν ἐξῃρημένων
Κεχρωσμένη σώμασιν, ἐκπλήττουσά πως
Τῇ στιλπνότητι, Ποικίλη καλουμένη.

Antiquitus matrem inclytam ſapientiæ,
Aureas Athenas, illuſtrem vrbem,
Porticus quædam, variè ornata,
Picturarum ornabat excellentium
Colorata corporibus, percellens quodammodo
Splendore, Varia appellata.

Pinxere autem iſtam varij; inter quos Polygnotus, & Micon, præter cæteros memorantur: atque iſte quidem, gratis pinxit; hic, mercede. Plinius, lib. XXXV. cap. IX. *Polygnotus Thaſius Athenis porticum, quæ Pœcile vocatur, gratuitò; cum partem eius mercede Micon pingeret.* De Polygnoto, etiam meminit Harpocration. Ποικίλην στοὰν ἀνέγραψε (Πολύγνωτος) προῖκα. *Variam porticum pinxit (Polygnotus) gratis.* Et Plutarchus, in Cimone. Ὁ δὲ Πολύγνωτος οὐκ ἦν τ͂ βαναύσων, οὐδ' ἐπ' ἐργολαβίας ἔγραψε τὴν στοάν, ἀλλὰ προῖκα, φιλοτιμούμενος τὴν πόλιν. *Non erat è ſordidis Polygnotus, nec mercede porticum pinxit, verùm gratis, in honorem Vrbis.* Item Suidas, ac Diogenes, in citatis verbis. Inuenio & tertium, Panænum, Phidiæ fratrem; qui Marathoniam pugnam pinxit, vt ſtatim dicam. Nunc picturas, age, ipſas videamus. In primâ parte, Athenienſium in Oenoë expreſſa acies, Lacedæmonijs objecta; non iam pleno prælio pugnans, ſed pugnare tantùm incipiens. Pauſanias. Αὕτη δὲ ἡ στοὰ πρῶτα

μὲν Ἀθηναίους ἔχει, τεταγμένους ἐν Οἰνόῃ τῆς Ἀργείας ἐναντία Λακεδαιμονίων. γέγραπται δὲ οὐκ ἐς ἀκμὴν ἀγῶνος, οὐδὲ τολμημάτων ἐς ἐπίδειξιν, τὸ ἔργον ἤδη προῆκον, ἀλλὰ ἀρχομένη τε ἡ μάχη, καὶ ἐς χεῖρας ἔτι συνιόντες. *Habet verò hæc porticus primùm Athenienſes, in Oenoë Argiuâ oppoſitos Lacedæmoniis. picti autem necdum quidem pleno prælio depugnantes, ſed initium tantum pugnæ facientes, atque ad manus deuenientes.* In medio pariete, Athenienſium, duce Theſeo, cum Amazonibus pugna erat. Pauſanias. Ἐν δὲ τῷ μέσῳ τῶν τοίχων, Ἀθηναῖοι, καὶ Θησεὺς, Ἀμαζόσι μάχονται. *In medio parietum, Athenienſes, ac Theſeus, cum Amazonibus pugnant.* Reſpexit Ariſtophanes, in Lyſiſtratâ.

—— τὰς δ' Ἀμαζόνας σκόπει,
Ἃς Μίκων ἔγραψεν ἐφ' ἵππων, μαχομένας τοῖς ἀνδράσι.
—— *Amazonas verò ſpecta,*
Quas Micon pinxit in equis, pugnantes cum viris.

Inde pictum Troiæ excidium; conuentusq; item regum, ob Aiacis facinus: Aiax etiam ipſe expreſſus, & Caſſandra, inter cæteras captiuas. Pauſanias. Ἐπὶ δὲ ταῖς Ἀμαζόσιν, Ἕλληνές εἰσιν, Ἴλιον ᾑρηκότες· καὶ οἱ βασιλεῖς, ἠθροισμένοι, διὰ τὸ Αἴαντος ἐς Κασσάνδραν τόλμημα. καὶ αὐτὸν ἡ γραφὴ τὸν Αἴαντα ἔχει, καὶ γυναῖκας τῶν αἰχμαλώτων ἄλλας τε, καὶ Κασσάνδραν. *Poſt Amazonas, Græci picti, Ilio potiti; item reges, congregati, ob Aiacis in Caſſandram audax facinus; tum Aiacem quoque ipſum pictura habet, & mulieres captiuas alias, ac Caſſandram.* Inter fœminas has captiuas, etiam Laodice erat, Elpinices faciem referens. Plutarchus, in Vitâ Cimonis. Καὶ γὰρ οὐδ' ἄλλως τὴν Ἐλπινίκην εὔτακτόν τινα γεγονέναι λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ πρὸς Πολύγνωτον ἐξαμαρτεῖν τὸν ζωγράφον. καὶ διὰ τοῦτο φασὶν ἐν τῇ Πεισιανακτίῳ τότε καλουμένῃ,

Ποικίλῃ

Ποικίλη δὲ νῦν στοᾷ, γράφοντα τὰς Τρῳάδας, τὸ τῆς Λαοδίκης ποιῆσαι πρόσωπον ἐν εἰκόνι τῆς Ἐλπινίκης. *Sed neque aliâs pudicam fuiſſe Elpinicen ferunt; quin & Polygnoto pictori ſui copiam feciſſe: quem idcirco etiam aiunt, in porticu Piſianactia tunc vocata, at nunc Variâ, cum Troadas pingeret, Laodices faciem in effigie Elpinices exhibuiſſe.* In extremo, ſpectabatur Athenienſium, ac Platæenſium, cum Medis pugna, ad Marathonem commiſſa. Pauſanias. Τελευταῖον δὲ τῆς γραφῆς εἰσὶν οἱ μαχησάμενοι Μαραθῶνι. Βοιωτῶν δὲ, οἱ Πλάταιαν ἔχοντες, καὶ ὅσον ἦν Ἀττικὸν, ἴασιν ἐς χεῖρας τοῖς βαρβάροις. καὶ ταύτῃ μέν, ἐστιν ἴσα παρ' ἀμφοτέρων ἐς τὸ ἔργον· τὸ δὲ ἔσω τῆς μάχης, φεύγοντές εἰσιν οἱ βάρβαροι, καὶ ἐς τὸ ἕλος ὠθοῦντες ἀλλήλους. ἔσχαται δὲ τῆς γραφῆς, νῆές τε αἱ Φοίνισσαι, καὶ τῶν βαρβάρων τοὺς ἐσπίπτοντας ἐς ταύτας φονεύοντες οἱ Ἕλληνες. *In extremâ picturâ, ſunt illi, qui ad Marathonem pugnarunt; & è Bœotis, qui Platæam habitant, ac quotquot Attici nominis erant, cum Barbaris congrediuntur. Et hîc quidem, par eſt vtrinque ad pugnam capeſſendam alacritas. In interiore prælio, fugientes ſunt Barbari, & ſe mutuò in paludem impellentes. Denique in ipſo fine, naues Phœniſſæ; Barbaroſq́, impreſſionem facientes, occidentes Græci ſpectantur.* Suidas breuiter. Ποικίλη, στοὰ ἐν Ἀθήναις, ἔνθα ἐγράφησαν οἱ ἐν Μαραθῶνι πολεμήσαντες. *Varia, porticus Athenis; vbi picti erant, qui ad Marathonem pugnauerant.* Scholiaſtes Gregorij Nazianzeni non ſat meminiſſe videtur, Marathoniáne pugna, an Salaminia, illic picta. Ita enim ait, ad Orat. in Iulianum I. Τῆς στοᾶς, ἡ καὶ Ποικίλη ἐλέγετο, διὰ τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα, οἷον, ἡ ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχία, ἢ τὰ κατὰ Μαραθῶνα. *Porticus, quæ etiam Varia appellata, propter ea, quæ depicta illic erant; vt naualis apud Salaminem*

nem pugna, aut quæ gesta ad Marathonem. Persius, Sat. III.

> *Haud tibi inexpertum, curuos deprendere mores;*
> *Quæq; docet sapiens, braccatis illita Medis,*
> *Porticus.* ――――――

Quod ad pictos illic etiam Platæenses, à Demosthene item traditur, Orat. in Neæram. Πλαταιεῖς γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μόνοι τῶν Ἑλλήνων ὑμῖν ἐβοήθησαν Μαραθῶνάδε, ὅτε Δᾶτις, ὁ βασιλέως Δαρείου στρατηγὸς, ἀναχωρῶν ἐξ Ἐρετρίας, Εὔβοιαν ἐφ' ἑαυτῷ ποιησάμενος, ἐπέβη εἰς τὴν χώραν πολλῇ δυνάμει, καὶ ἐπόρθει· καὶ ἔτι καὶ νῦν τῆς ἀνδραγαθίας αὐτῶν ὑπόμνημα ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ γραφὴ δεδήλωκεν. *Platæenses enim, ô Athenienses, soli Græcorum vobis ad Marathonem suppetias tulerunt, cum Datis, qui regis Darij copias ducebat, ex Eretria discedens, subacta Eubœa, cum magna manu regionem est ingressus, ac populatus. eorumq; fortitudinis monumentum etiamnum pictura ostendit, quæ in porticu Varia conspicitur.* Neque rectè Oratorem eo nomine reprehendit Harpocration, istis verbis. Διαμαρτάνει Δημοσθένης, ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας, λέγων, Πλαταιέας γεγράφθαι ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ· οὐδεὶς γὰρ τοῦτο εἴρηκεν. *Errat Demosthenes, in Oratione in Neæram, dicens, pictos fuisse in porticu Varia Platæenses; neque enim hoc quisquam dixit.* In picturâ autem istâ pugnantes inter Græcos eminebant Callimachus, Miltiades, & Echetlus heros. Pausanias. Τῶν μαχομένων δὲ δῆλοι μάλιστά εἰσιν ἐν τῇ γραφῇ, Καλλίμαχός τε, ὃς Ἀθηναίοις πολεμαρχεῖν ἦρξατο, καὶ Μιλτιάδης τῶν στρατηγούντων, ἥρως τε Ἔχετλος καλούμενος, οὗ καὶ ὕστερον ποιήσομαι μνήμην. *Ex pugnantibus maximè conspicui sunt in pictura Callimachus, qui primus Atheniensibus polemarchus fuit; atque ex ducibus,*

bus, Miltiades: tum Echetlus heros, cuius etiam postea mentionem faciam. Sed legendum esse, ἥρως τε Ἐχετλαῖος καλούμενος, infra ostendo, lib. IV. cap. VIII. Ælianus illic Epizelum ponit; tum præterea, omisso Miltiade, Cynægirum memorat; & canem, qui cum hero quàm fortissimè depugnasset. Locus est Hist. Anim. lib. VII. cap. XXVIII. Συστρατιώτην δέ τις Ἀθηναῖος ἐν τῇ μάχῃ, τῇ ἐν Μαραθῶνι, ἐπήγετο καὶ κύνα. καὶ ἐν γραφῇ εἴκασται ἐν τῇ Ποικίλῃ ἑκάτερος, μὴ ἀτιμασθέντος τοῦ κυνὸς, ἀλλ᾽ ὑπὲρ τοῦ κινδύνου μισθὸν εἰληφότος, ὁρᾶσθαι σὺν τοῖς ἀμφὶ τὸν Κυναίγειρον, καὶ Ἐπίζηλόν τε, καὶ Καλλίμαχον. *Commilitonem verò Atheniensis quidam in pugnam Marathoniam adduxerat canem. & in pictura, quæ in Varia, vterque expressus. nec contemtui canis fuit, sed præmium pro periculo retulit, vt cum Cynægiro, Epizelo, & Callimacho, spectaretur.* Deinde addit, Miconis hanc picturam fuisse; vel, vt alij, Polygnoti. Ἔστι δὲ καὶ οὗτοι, καὶ ὁ κύων, Μίκωνος γράμμα· οἱ δὲ, οὐ τούτου, ἀλλὰ Θασίου Πολυγνώτου φασί. *Illi verò, vt & canis, à Micone sunt picti; vel, quemadmodum alijs placet, à Polygnoto Thasio.* Plinius è Barbaris addit Datim quoq;, & Artaphernem; aitque, Panæni picturam fuisse, Phidiæ fratris. Verba ecce, lib. XXXV. cap. VIII. *Panænus quidem, frater Phidiæ, etiam prœlium Atheniensium aduersus Persas, apud Marathona factum, pinxit. Adeò iam colorum vsus percrebuerat, adeoq; ars perfecta erat, vt in eo prœlio iconicos duces pinxisse tradatur, Atheniensium Miltiadem, Callimachum, Cynægirum; Barbarorum Datim, & Artaphernem.* Miltiades autem, honoris ergo, hîc primus pictus, milites cohortantis specie. Æschines, Orat. in Ctesiphontem. Προσέλθετε οὖν τῇ διανοίᾳ καὶ εἰς τὴν στοὰν τὴν Ποι-

κίλην. ἐνταῦθα ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη γέγραπται. τίς οὖν ἦν ὁ στρατηγός; Μιλτιάδης. ἐκεῖ δὲ οὐκ ἐπιγέγραπται· ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ὀνόματος συνεχώρησεν (ὁ δῆμος) αὐτῷ πρώτῳ γραφῆναι, παρακαλοῦντι τοὺς στρατιώτας. *Cogitate igitur porticum Variam. hîc depicta est pugna illa Marathonia. at quis illic copiarum dux? Miltiades. quanquam illic nomen non adscriptum legitur; sed pro nomine dedit (populus) uti primus pingeretur, milites cohortantis specie.* Æmylius Probus, in Miltiade. *Miltiadi, qui Athenas, totamq́; Græciam, liberauit, talis honos tributus est in porticu, quæ Pœcile appellatur, cum pugna depingeretur Marathonia, ut in decem prætorum numero prima eius imago poneretur, isq́; hortaretur milites, præliumq́; committeret.* Ac Panæni quidem picturam fuisse, quod Plinius ait, etiam Pausanias refert, Eliac. I. Πάναινος μὲν δὴ οὗτος ἀδελφός τε ἦν Φειδίου, καὶ αὐτοῦ καὶ Ἀθήνησιν ἐν Ποικίλῃ τὸ Μαραθῶνι ἔργον ἐστὶ γεγραμμένον. *Panænus quidem iste & Phidiæ frater erat, & ipsius est Athenis in Varia porticu pictura, prælium ad Marathonem.* Præterea picti ibi à Pamphilo Heraclidæ, cum Alcmenâ, opem ab Atheniensibus, contra Eurystheum, implorantes. Respexit isthuc Aristophanes, in Pluto.

Ὁρῶ τιν', ἐπὶ τοῦ βήματος καθεδούμενον,
Ἱκετηρίαν ἔχοντα, μετὰ τῶν παιδίων,
Καὶ τῆς γυναικός· κοὐ διοίσοντ' ἄντικρυς
Τῶν Ἡρακλειδῶν οὐδ' ὁτιοῦν, τῶν Παμφίλου.

Video quendam, in tribunali sedentem,
Oliuæ ramum tenentem, cum liberis,
Et uxore; quem si conferas, nihil differet
Ab Heraclidis omnino, quos Pamphilus pinxit.

Ad quem locum Scholiastes. Εὐρυσθεὺς, μετὰ θάνατον Ἡρα-

κλέους,

κλέους, τοὺς Ἡρακλείδας ἐδίωξε. καὶ οὗτοι, μετὰ τῆς Ἀλκμήνης, παρεκάλεσαν τοὺς Ἀθηναίους βοηθῆσαι αὐτοῖς, ὅπερ καὶ ἐγένετο. τὰ οὖν συμβάντα αὐτοῖς ζωγράφος τις, Πάμφιλος Ἀθηναῖος, εἰς τὴν στοὰν τῶν Ἀθηναίων ἔγραψε, καὶ αὐτοὺς ἱκετεύοντας. *Eurystheus, defuncto Hercule, Heraclidas persequebatur; illi autem, cum Alcmena, implorantes Athenienses, vt suppetias ipsis ferrent, obtinuerunt: pictor verò quidam, Pamphilus Atheniensis, & quæ euenissent ijs, item ipsos supplicantes, in Porticu pinxit.* Heros quoque illic Marathon pictus erat, à quo datum campo nomen; item Theseus, tanquam qui è terrá ascenderet: & Minerua, Herculesq;. Pausanias. Ἐνταῦθα καὶ Μαραθὼν γεγραμμένος ἐστὶν ἥρως, ἀφ' οὗ τὸ πεδίον ὠνόμασται· καὶ Θησεὺς, ἀνιόντι ἐκ γῆς εἰκασμένος· Ἀθηνᾶ τε, καὶ Ἡρακλῆς. *Hîc & Marathon heros pictus, à quo campus nominatus; item Theseus, ascendenti è terra similis: tum Minerua, Herculesq.* Etiam Butes; ita pictus, vt caput tantum, oculique, spectarentur, cætera monte, qui obiectus, tegerentur: vnde & de rebus citò absolutis, natum proverbium, Θᾶττον ἢ Βούτης. Zenobius, Cent. IV. Prouerb. XXVIII. Θᾶττον ἢ Βούτης. Τῶν ἐπὶ τῇ στοᾷ μαχομένων τις ἦν, ᾧ ἐπεγέγραπτο, Βούτης. οὗ ἐφαίνετο τὸ κράνος, καὶ οἱ ὀφθαλμοί. τὰ δὲ λοιπὰ μέρη ἐδόκει ὑπὸ τοῦ ὄρους, ἐφ' οὗ ἐβεβήκει, κρύπτεσθαι· διὰ τὸ προχειρίσασθαι αὐτοῦ. Λέγεται οὖν ἡ παροιμία ἐπὶ τῶν ῥαδίως συντελουμένων. καὶ γὰρ ὁ Βούτης ῥαδίως κατεσκεύαστο, ἅτε οὐχ ὁλοκλήρου τοῦ σώματος γεγραμμένου. *Citius quàm Butes. Inter pugnantes in Porticu pictus erat quidam, cui inscriptum erat, Butes; cuius caput, oculiq, apparebant: cætera monte, vnde eminebat, occultari videbantur. Vsurpatur igitur prouerbium, de ijs, quæ citò absoluuntur; quippe Butes facilè pictus, non expresso toto corpore.* Habes quoq;

 apud

apud Hesychium, Lucilium Tarrhæum, & Suidam. Porrò & Sophocles illic pictus, citharam tenens. Scholiastes, in eius Vitâ. Καὶ κιθάραν (ὁ Σοφοκλῆς) ἀναλαβὼν, ἐν μόνῳ τῷ Θαμύριδι ποτὲ ἐκιθάρισεν. ὅθεν καὶ ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ μετὰ κιθάρας αὐτὸν γεγράφθαι φασί. *Et cithara sumpta (Sophocles) in solo Thamyride aliquando ea cecinit; vnde & in Varia porticu cum cithara pictum ipsum ferunt.* Ac picturas istas omnes, quæque aliæ ibidem erant à Polygnoti celebri manu, cum Athenæ in Romanorum potestatem peruenissent, mox Proconsul inde abstulit. Synesius, Epist. CXXXV. Καὶ, νὴ Δία, τὴν Ποικίλην στοὰν, τὴν ἐπώνυμον τῆς Χρυσίππου φιλοσοφίας, νῦν οὐκέτ' οὖσαν ποικίλην· ὁ γὰρ ἀνθύπατος τὰς σανίδας ἀφείλετο, αἷς ἐγκατέθετο τὴν τέχνην ὁ ἐκ Θάσου Πολύγνωτος. Præter picturas, inter quas Cynægiri fuisse dixi, statua quoque eiusdem ænea, sine manibus, multo post erecta fuit. Accipio ex Luciano, in Demonacte. Πρὸς δὲ τῇ Ποικίλῃ ἀνδριάντα ἰδὼν, τὴν χεῖρα ἀποκεκομμένην, ὀψέ ποτε ἔφη Ἀθηναίους εἰκόνι χαλκῇ τετιμηκέναι τὸν Κυναίγειρον. *Cùm ad Pœcilen videret statuam, manu mutilam, serò ait Athenienses Cynægirum statua ænea honorasse.* Clypei quoque isthic affixi, Scionæorum manubiæ, ac sociorum; alijque, pice obliti, contra temporis iniuriam, de Spartanis, in Sphacteriâ insulâ captis, reportati. Pausanias. Ἐνταῦθα ἀσπίδες κεῖνται χαλκαῖ· καὶ ταῖς μὲν, ἔστιν ἐπίγραμμα, ἀπὸ Σκιωναίων, καὶ τῶν ἐπικούρων, εἶναι· τὰς δὲ, ἐπαληλιμμένας πίσσῃ, μὴ σφᾶς ὅτε χρόνος λυμήνηται, καὶ ὅσαι Λακεδαιμονίων εἶναι λέγεται, τῶν ἁλόντων ἐν τῇ Σφακτηρίᾳ νήσῳ. *Eodem in loco clypei ænei affixi; & hos quidem, inscriptio dicit, esse Scionæorum, sociorumque: illos verò, pice illitos, ne iniuria temporis consumerentur, ac quæ alia, Spartanorum esse dicunt,*

qui

in insula Sphacteria capti. Ac quod Spartanorum illic clypeos attinet, meminit eorum quoque Dion Chrysostomus, De Regno Orat. II. Οὐκοῦν οὐδὲ Ἀθηναίους, ἔφη, ζηλῶ τῆς δαπάνης, καὶ πολυτελείας, τῆς περὶ τὴν πόλιν, καὶ τὰ ἱερὰ, ὅσον τῶν ἔργων, ἃ ἔπραξαν οἱ πρότερον· τὸν ἀκινάκην τοῦ Μαρδονίου, πολὺ σεμνότερον, καὶ κρεῖττον, ἀνάθημα ἔχουσαν· καὶ τὰς Λακώνων ἀσπίδας. *Quapropter neque tantum felices puto Athenienses propter sumptum, & magnificentiam, circa vrbem suam, ac templa; quantum propter res, præclarè à maioribus ipsorum gestas: per quas Vrbs Mardonij acinacem consecuta est, donarium præstantius multò, & augustius: tum Laconum quoque scuta.* Cæsi hîc etiam à Triginta mille quadringenti ciues. Diogenes Laërtius, in Zenone Cittiensi, lib. VII. vbi de porticu ista agit. Ἐπὶ γὰρ τῶν τριάκοντα, τῶν πολιτῶν πρὸς τοὺς χιλίους τετρακοσίους ἀνῄρηντο ἐν αὐτῷ. *Nam sub Triginta, è ciuibus mille quadringenti hîc interfecti.* Quæ, hinc petita, etsi dissimulato Auctore, vt solet ferè, tradit nobis etiam Suidas, in Στωϊκοί. Quanquam, de cæsorum numero, mendum sanè esse existimo; nam Isocrates, quo viuente res hæc gesta, mille quingentos commemorat, in Areopagitico suo. Οἱ μὲν γὰρ (τριάκοντα,) ψηφίσματι παραλαβόντες τὴν πόλιν, πεντακοσίους μὲν καὶ χιλίους τῶν πολιτῶν ἀκρίτους ἀπέκτειναν. *Nam illi quidem, (Triginta tyranni,) ex senatusconsulto summa rerum potiti, mille & quingentos ciues indicta causa occiderunt.* Et Æschines, cuius ætate facinoris istius recens adhuc memoria erat, De falsâ legatione. Καὶ τῆς δημοκρατίας τοῖς τριάκοντα ἀφεμένους, οἱ χιλίους καὶ πεντακοσίους τῶν πολιτῶν ἀκρίτους ἀπέκτειναν. *Et populi auctoritate ad triginta tyrannos translata, qui mille quingentos ciues indicta causa occiderunt* Itaque pro τετρακοσίους

σίους, apud Diogenem, πεντακοσίους rescribendum esse censeo. Corruptus quoque in re eâdem Senecæ locus, De tranquillitate animi. *Nunquid potes inuenire vrbem miseriorem, quàm Atheniensium fuit, cum illam triginta tyranni diuellerent? mille trecentos ciues, optimum quemque, occiderant: nec finem ideò faciebat, sed irritabat se ipsa, sæuitia.* Omninò itidem reponendum; *mille quingentos ciues.* Origo mendi è confusione numerorum; & librarij negligenter, vti solent in his talibus, CCC pro CCCCC exararunt. Denique, quod non omittendum, hîc initium sectæ suæ fecit Zeno; quique ipsum sequebantur, cum Ζηνώνειοι dicerentur, postea Στωϊκοὶ appellati. Diogenes Laërtius, loco citato. Ἀνακάμπτων δὲ, ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ, τῇ καὶ Πεισιανακτίῳ καλουμένῃ, ἀπὸ δὲ τῆς γραφῆς τῆς Πολυγνώτου Ποικίλῃ, διέθετο τοὺς λόγους, βουλόμενος καὶ τὸ χωρίον ἀπερίστατον ποιῆσαι. Ἐπὶ γὰρ τῶν τριάκοντα, τῶν πολιτῶν πρὸς τοὺς χιλίους τετρακοσίους ἀνήρηντο ἐν αὐτῷ. προσήεσαν δὲ λοιπὸν ἀκούοντες αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο Στωϊκοὶ ἐκλήθησαν καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ὁμοίως πρότερον Ζηνώνειοι καλούμενοι. *Reflectens verò, in porticu Varia, quæ Pisianactia primum, posteaque à pictura Polygnoti Varia dicta, scholam instituit, cupiens locum illum à cladibus deinceps liberum efficere: quippe pridem sub Triginta, mille quadringenti ciues isthic cæsi. atque in posterum huc discipuli ad audiendum accedebant; ideoq; Stoici dicti etiam, qui ab eius nomine antea Zenonij appellabantur.* Suidas. Ζήνων, Μνασέου, ἢ Δημίου, Κιτιεύς· πόλις δέ ἐστι Κύπρου τὸ Κίτιον· φιλόσοφος, ὃς ἦρξε τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως. ἐπεκλήθη δὲ καὶ αὐτὸς Στωϊκὸς, διὰ τὸ ἐν τῇ στοᾷ, τῇ ἐν Ἀθήναις, διδάξαι αὐτόν· ἥτις πρῶτον μὲν Πεισιανάκτιος, ὕστερον δὲ ζωγραφηθεῖσα Ποικίλη ἐκλήθη. *Zeno, Mnaseæ, aut Demiæ, filius, Cittiensis; (est verò*

verò Cittium vrbs Cypri) philosophus, qui princeps fuit sectæ Stoicæ. Cognominatus autem & ipse Stoicus, quod Athenis doceret, in porticu, quæ initio Pisianactia, postea, quia picta esset, Varia appellata fuit. Hinc *sapiens porticus* dicitur Persio, in citatis antè verbis.

Quæq; docet sapiens, braccatis illita Medis,
Porticus. ———

Quin Στοὰ simpliciter, & quasi κατ' ἐξοχὴν, dicta hæc Ποικίλη. Plutarchus, De Exilio. Ἐπὶ τοὺς σοφοὺς ἐλθὲ, καὶ τὰς σοφὰς Ἀθήνησι σχολὰς, καὶ διατριβὰς, ἀναπέμπασαι, τὰς ἐν Λυκείῳ, τὰς ἐν Ἀκαδημίᾳ, τὴν Στοὰν, τὸ Παλλάδιον. *Ad sapientes ito; & reputa scholas, ac gymnasia, sapientiæ; quæ in Lycéo, aut Academiâ: tum porticum etiam, & Palladium.* Ita *Porticus* apud Senecam, De Benef. lib. VI. cap. XI. *Ad quærendum, & accersendum, ex Academiâ Platonem, duos pueros misi; alter totam porticum perscrutatus est.* Præterea Στοὰ vt pro loco, sic pro sectâ quoque capitur. Athenæus, lib. VIII. Ζήνων δ' ὁ Κιτιεὺς, ὁ τῆς Στοᾶς κτίστης. *Zeno verò Cittiensis, porticus conditor.* Theophylactus Simocatta, Quæst. Phys. I. Ὁ Περίπατος, πρὸς τὴν Στοὰν ἔχει τὴν ἅμιλλαν· ἡ Στοὰ, τοῖς Πυθαγορείοις συμπλέκεται. *Peripatus, cum porticu contendit; porticus, cum Pythagoréis certat.* Gregorius Nazianzenus, in Iulianum Orat. I. Ταῦτα Πλάτωνες αὐτὸν, καὶ Χρύσιπποι, καὶ ὁ λαμπρὸς περίπατος, καὶ ἡ Στοὰ, καὶ οἱ τὰ κομψὰ λαρυγγίζοντες, ἐξεπαίδευσαν. *Hæc ipsum Platones, & Chrysippi, & grauis Peripatus, porticusq;, & qui scita sonoro gutture protulerunt, docuere.* Apollonius Alexandrinus, De Syntaxi, lib. III. Διὸ καὶ τὰ τοιαῦτα οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἐλάττονα κατηγορήματά φασιν. *Ideoq; hæc talia qui è porticu minora prædicata vocant.* Et occurrit

currit pluries tum apud illum, in eo Opere, tum apud alios Auctores. Sic *Porticus* apud Ciceronem, Acad. Quæst. lib. IV. *Clamat Zeno, & tota illa porticus tumultuatur, hominem ad nihil aliud natum esse, quàm ad honestatem.* Ante hanc porticum, statuæ Solonis erant, & Lycurgi. Pausanias. Ἀνδριάντες δὲ χαλκοῖ κεῖνται πρὸ μὲν τῆς στοᾶς, (τῆς Ποικίλης,) Σόλων, ὁ τοὺς νόμους Ἀθηναίοις γράψας· ὀλίγον δὲ ἀπωτέρω, Σέλευκος. *Ante porticum quidem (Variam) statuæ sunt ex ære positæ, Solonis, qui leges Atheniensibus scripsit; & paullo longius, Lycurgi.* Et ibidem circulatores artem suam exercebant. Apuleius indicat, Miles. I. *Et tamen Athenis proximò, ante Pœcilen porticum, isto gemino obtutu circulatorem aspexi, equestrem spatham, præacutam mucrone infesto, deuorasse: ac mox eundem, inuitamento exiguæ stipis, venatoriam lanceam, quâ parte minatur exitium, in ima viscera condidisse.* Illud quoque obiter hîc admonendum, fuisse & Pœcilen dictum ab Hadriano Imp. locum quendam, in villâ suâ Tiburtinâ. Spartianus, in eius Vitâ. *Tiburtinam villam mirè exædificauit; ita vt in eâ & prouinciarum, & locorum, celeberrima nomina inscriberet: velut Lyceum, Academiam, Prytaneum, Canopum, Pœcilen.*

CAP. V.

CAP. VI.

Πτολεμαῖον, gymnasium. Statuæ illic, Mercurij, è lapide; Ptolemæi, Iubæ, & Chrysippi, ex ære: Berosi, cum linguâ inauratâ. Thesei templum, & eius pictura; Atheniensium cum Amazonibus, & Centaurorum cum Lapithis, pugna. Quando autem dedicatum. Magistratus quidam illic sorte à Thesmothetis lecti. Thesei etiam templa plura; mox ad quatuor reuocata, ab ipso Theseo: cætera Herculi donata, & Ἡράκλεια appellata. Vnum, in Vrbe; iuri quoq; dicundo locus, asylum, & carcer; alterum, ad murum longum: cætera vbi sita, incertum.

INDE forum commemoratur à Pausania, nouum nempe; quippe vetus, in Ceramico visebatur: vt ostendi libro de eo singulari, cap. XVI. Prope hoc, gymnasium erat; Πτολεμαῖον appellatum, à conditore: in quo statuæ Mercurij plures erant, è lapide; Ptolemæi, Iubæ, & Chrysippi, ex ære. Pausanias. Ἐν δὲ τῷ γυμνασίῳ, τῆς ἀγορᾶς ἀπέχοντι οὐ πολὺ, Πτολεμαίου δὲ ἀπὸ τοῦ κατασκευασαμένου καλουμένῳ, λίθοι τέ εἰσιν Ἑρμαῖ, θέας ἄξιοι· καὶ εἰκὼν Πτολεμαίου χαλκῆ, καὶ ὅ τε Λίβυς Ἰόβας ἐνταῦθα κεῖται, καὶ Χρύσιππος ὁ Σολεύς. *In gymnasio verò, quod non longè à foro abest, & à conditore suo Ptolemæium nominatur, sunt Mercurij è lapide signa, visu digna; & ex ære Ptolemæi, Iubæ, ac Chrysippi Solensis, statuæ.* Meminit eius Cicero, De Fin.

 lib. V.

lib. v. in ipſo initio. *Cum audiuiſſem Antiochum, Brute, vt ſolebat, cum M. Piſone, in eo gymnaſio, quod Ptolemæium vocatur.* Forſan & Beroſi ibidem erat ſtatua, cum linguâ auratâ; de quâ Plinius, lib. VII. cap. XXXVII. *Aſtrologiâ (enituit) Beroſus; cui, ob diuinas prædictiones, Athenienſes publicè in gymnaſio ſtatuam inauratâ linguâ ſtatuêre.* Sed incertum; neque dixerim, an hoc ipſum ſit gymnaſium, quod Demoſthenes intelligit, in Orat. De Coronâ. Ἐδούλευε παρ᾽ Ἐλπίᾳ, τῷ πρὸς τῷ Θησείῳ διδάσκοντι γράμματα. *Seruiebat apud Elpiam, literas docentem iuxta Theſei fanum.* Apollonius Grammaticus, in Æſchinem. Καὶ παῖδας ἔχοντα, διδάσκειν γράμματα πρὸς τῷ Θησείῳ. *Liberosq; habentem, docere literas ad Theſei fanum.* Plutarchus, extremo Theſeo. Καὶ κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει, (ὁ Θησεὺς,) παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον. *Et iacet (Theſeus) in mediâ Vrbe, iuxta quod nunc eſt gymnaſium.* Nam, vt vides, prope erat Theſei templum; & Pauſanias confirmat, iſtis verbis. Πρὸς δὲ τῷ γυμνασίῳ, Θησέως ἐστὶν ἱερόν. *Iuxta gymnaſium verò, erat Theſei fanum.* In hoc autem ſpectabatur depictum prœlium Athenienſium contra Amazonas, & Centaurorum contra Lapithas; inter quos Centaurum interficiens Theſeus, cùm inter alios æquo Marte decertari videretur: quæ verò in tertio pariete picta, minus clara, rei geſtæ minus gnaris; partim vetuſtatis culpâ, quæ permulta aboleuiſſet; partim Miconis pictoris, qui non omnia expreſſiſſet. Pauſanias, vbi hoc deſcribit. Γραφαὶ δέ εἰσι, πρὸς Ἀμαζόνας Ἀθηναῖοι μαχόμενοι. πεποίηται δὲ σφίσιν ὁ πόλεμος οὗτος καὶ τῆς Ἀθηνᾶς ἐπὶ τῇ ἀσπίδι, καὶ τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς ἐπὶ τῷ βάθρῳ. γέγραπται δὲ ἐν τῷ τοῦ Θησέως ἱερῷ καὶ ἡ Κενταύρων καὶ ἡ Λαπιθῶν μάχη. Θησεὺς

μὲν

μὲν οὖν ἀπεκτονὼς ἐστιν ἤδη Κένταυρον, τοῖς δὲ ἄλλοις ἐξ ἴσου καθέστηκεν ἔτι ἡ μάχη. τοῦ δὲ τρίτου τῶν τοίχων ἡ γραφὴ, μὴ πυθομένοις ἃ λέγουσιν, οὐ σαφής ἐστιν· τὰ μέν που, διὰ τὸν χρόνον· τὰ δὲ, Μίκων οὐ τὸν πάντα ἔγραψε λόγον. *Picturæ sunt, cum Amazonibus pugnantes Athenienses; quod quidem bellum expressum est ab ipsis in Mineruæ quoque clypeo, & Olympij Iouis basi. in fano Thesei picta item Centaurorum cum Lapithis pugna; in quâ Theseus quidem iam Centaurum interfecisse conspicitur, cæteris adhuc æquo Marte dimicantibus. quæ pictura in pariete tertio exstat, ÿs, si qui rem ignorant, est obscura; partim temporis iniuriâ, partim Miconis, qui rem omnem, vti fertur, non depinxit.* Dedicatum verò hoc templum, non multò post occupatum à Medis Marathonem; quo tempore Cimon, Miltiadis filius, Thesei mortem vltus, Scyrum euertit, & Athenas ossa eius reportauit. Pausanias. Ὁ μὲν Θησέως σηκὸς Ἀθηναίοις ἐγένετο ὕστερον ἢ Μῆδοι Μαραθῶνα ἔσχον, Κίμωνος τοῦ Μιλτιάδου Σκυρίους ποιήσαντος ἀναστάτους, δίκην δὲ τοῦ Θησέως θανάτου, καὶ τὰ ὀστᾶ κομίσαντος ἐς Ἀθήνας. *Ac Thesei fanum factum est ab Atheniensibus postquam Medi Marathonem occupassent, & Cimon, Miltiadis filius, Scyro euersâ, Theseiq; mortem vltus, ossa Athenas reportasset.* Et fusè Plutarchus, in Vitâ Thesei. Χρόνοις δὲ ὕστερον Ἀθηναίους ἄλλα τε παρέστησεν ὡς ἥρωα τιμᾶν Θησέα, καὶ τῶν ἐν Μαραθῶνι πρὸς Μήδους μαχομένων ἔδοξαν οὐκ ὀλίγοι φάσμα Θησέως ἐν ὅπλοις καθορᾶν πρὸ αὐτῶν, ἐπὶ τοὺς βαρβάρους φερόμενον. μετὰ δὲ τὰ Μηδικὰ, Φαίδωνος ἄρχοντος, μαντευομένοις τοῖς Ἀθηναίοις ἀνεῖλεν ἡ Πυθία, τὰ Θησέως ἀναλαβεῖν ὀστᾶ, καὶ θεμένους ἐντίμως παρ' αὐτοῖς φυλάττειν. ἦν δὲ λαβεῖν ἄπορα, καὶ γνῶναι τὸν τάφον, ἀμιξίᾳ καὶ χαλεπότητι τῶν ἐνοικούντων βαρβάρων. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Κίμων, ἑλὼν τὴν νῆσον,

ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται, καὶ φιλοτιμούμενος ἐξανευρεῖν, ἀετοῦ τινὰ τόπον βουνοειδῆ κόπτοντος, ὥς φασι, τῷ στόματι, καὶ διαστέλλοντος τοῖς ὄνυξι, θείᾳ τινὶ τύχῃ συμφρονήσας, ἀνέσκαψεν. εὑρέθη δὲ θήκη τε μεγάλου σώματος, αἰχμή τε παρακειμένη χαλκῆ, καὶ ξίφος. κομισθέντων δὲ τούτων ὑπὸ Κίμωνος ἐπὶ τῆς τριήρους, ἡσθέντες οἱ Ἀθηναῖοι, πομπαῖς τε λαμπραῖς ἐδέξαντο, καὶ θυσίαις, ὥσπερ αὐτὸν ἐπανερχόμενον εἰς τὸ ἄστυ. καὶ κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει, παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον. *Posterioribus temporibus inter alia visum est Atheniensibus, vt heroem colere Theseum; nec pauci ex ijs, qui cum Medis ad Marathonem depugnabant, visi sibi speciem Thesei in armis videre ante ipsos, in hostes irruentem. Post bellum Medicum, cum oraculum Athenienses consuluissent, respondit Pythia, vt referrent ossa Thesei, conditaq; honorificè asseruarent. Sed recipere hæc difficile, ac sepulcrum etiam nosse; quia inhospitales essent, & feroces, qui inhabitabant, Barbari. Verùm Cimon, captâ insulâ, vt in eius Vita retuli, cum inueniendi studio duceretur, aquila cliuosum locum rostro suo verberante, vnguibusq; fodicante, re diuinitus intellecta, locum effodit. Repertusq; ibi magni corporis loculus, & ex ære adiacens cuspis, item ensis. quæ cùm Cimon in triremi sua adveheret, perquam læti Athenienses, pompa instructa permagnifica, & sacris factis, tanquam in Vrbem postliminio ipse tunc reuerteretur, exceperunt. Et iacet quidem in media Vrbe, iuxta quod nunc est gymnasium.* Sed templa Thesei, plura fuere; vnum hoc, de quo nunc agimus, in mediâ Vrbe, relatis illuc eius ossibus, ædificatum: cuius meminit etiam Diodorus Siculus, lib. IV. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι μεταμεληθέντες, τά τε ὀστᾶ μετήνεγκαν, καὶ τιμαῖς ἰσοθέοις ἐτίμησαν αὐτὸν, καὶ τέμενος ἄσυλον ἐποίησαν ἐν ταῖς Ἀθήναις, τὸ

προσα-

προσαγορδυόμενον ἀπ' αὐτοῦ Θησεῖον. *Athenienses verò, pænitentia ducti, cùm ossa eius reportarunt, tum diuinis eum honoribus affecerunt; templum etiam statuerunt, vnde auellere quenquam nefas: quod Theséum, ab eius nomine, appellatum.* Thucydides, lib. VI. Καὶ μίαν τινὰ νύκτα καὶ κατέδαρθον ἐν Θησείῳ, τῷ ἐν πόλει, ἐν ὅπλοις. *Et vnam quandam noctem in Thesei templo, quod in Vrbe, in armis exegerunt.* Plutarchus, De Exilio. Ὥσπερ τὸν Παρθενῶνα, καὶ τὸ Ἐλευσίνιον, οὕτω καὶ τὸ Θησεῖον ἅπαντες προσκυνοῦσι. *Quemadmodum Parthenonem, & Eleusinium, sic Theséum etiam cuncti venerantur.* Strabo, lib. IX. Ὁρῶ τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὸ περὶ τῆς τριαίνης ἔχει τι σημεῖον· ὁρῶ τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ τῶν ἱερῶν γέγονα μύστης· ἐκεῖνο, Λεωκόριον· τοῦτο, Θησεῖον. *Video arcem; & hæc signum de tridente quoddam habet. Video etiam Eleusinem; & sacris sum initiatus. Illud, Leocorium est; istud, Theséum.* Meminerunt etiam Suidas, Harpocration; & Apollonius Grammaticus, in citatis statim verbis. Ac magistratus ibi quidam sorte lecti à Thesmothetis. Æschines, Orat. in Ctesiphontem. Ἀρχὰς δὲ φήσουσιν ἐκείνας εἶναι, ἃς οἱ Θεσμοθέται ἀποκληροῦσιν ἐν τῷ Θησείῳ. *Magistratus verò illos esse dicent, quos in Theséo sorte legunt Thesmothetæ.* Alterum erat, ad murum longum. Obseruare est apud Andociden, in Orat. Περὶ μυστηρίων. Ἀνακαλέσαντες δὲ τοὺς στρατηγοὺς, ἀνειπεῖν ἐκέλευσαν, Ἀθηναίων τοὺς μὲν ἐν ἄστει οἰκοῦντας, ἰέναι εἰς τὴν ἀγορὰν, τὰ ὅπλα λαβόντας· τοὺς δ' ἐν μακρῷ τείχει, εἰς γε Θησεῖον. *Advocatis copiarum ductoribus, edicere iusserunt, qui in Vrbe habitarent, uti, sumptis armis suis, in forum irent; qui in longo autem muro, in Theséum.* Vnde via illic, Theséa appellata. Propertius indicat, lib. III. eleg. XX.

Inde,

Inde, vbi Piræi capient me littora portus,
Scandam ego Theséæ brachia longa viæ.

Et quidem versus mare. Colligo ex isto Aristophanis loco, in Equitibus.

Εἰ δ᾽ ἀρέσκει ταῦτ᾽ Ἀθηναίοισι, καθῆσθαί μοι δοκῶ
Εἰς τὸ Θησεῖον πλεύσας. ———

Quod si placent hæc Atheniensibus, considere mihi videor
Ad Theseum nauigantibus. ———

Erant alia item duo; quippe quatuor vniuersa, verùm duo incertis locis. Ac initio plura fuerant; sed ipse ea, præter hæc, quæ dixi, quatuor, è captiuitate suâ, apud regem Molossorum Aïdoneum, ab Hercule liberatus, illi consecrauit, & Ἡράκλεια appellari deinde voluit. Plutarchus, in eius Vitâ. Συγχωρήσαντος δὲ τοῦ Ἀϊδωνέως, λυθεὶς ὁ Θησεὺς, ἐπανῆλθε μὲν εἰς τὰς Ἀθήνας, οὐδέπω παντάπασι τῶν φίλων αὐτοῦ κεκρατημένων. καὶ ὅσα ὑπῆρχε τεμένη πρότερον αὐτῷ τῆς πόλεως ἐξελούσης, ἅπαντα καθιέρωσεν Ἡρακλεῖ, καὶ προσηγόρευσεν ἀντὶ Θησείων Ἡράκλεια, πλὴν τεσσάρων, ὡς Φιλόχορος ἱστόρηκεν. *Concedente verò Aidoneo, solutus Theseus, Athenas rediit, necdum prorsus amicis eius oppressis; quæque prius ipsi templa à ciuitate assignata fuerant, Herculi omnia consecrauit, solis quatuor exceptis: & pro Theséis Heracléa appellari illa voluit, vti auctor est Philochorus.* Et hoc est, quod Aristides dicit, Orat. in Herculem. Καὶ οὕτω σφόδρα τοῦ κρείττονος μοίρας ἐκρίθη τὸ ἐκείνου πρᾶγμα, ὥστε καὶ ὅσα Θησεῖα ἦν κατὰ τοὺς δήμους, ἅπαντα μετεσκεύασαν, καὶ καλέσησαν Ἡράκλεια ἀντὶ Θησείων. *Quin tantopere hic prælatus est, vt Theséa, quæ per populos haberentur, mutato nomine, pro Theséis Heracléa appellarent.* Erat autem Thesei fanum qualecunque asylum seruorum,

rum, ſupplicumq;. Diſcimus clarè ex Heſychij iſtis verbis. Θησεῖον, νεὼς Θησέως, ἐφ' ὃν οἱ ἀποδιδράσκοντες κατέφυγον. *Theſéum, Theſei fanum; in quod fugitiui confugiebant.* Etymologici Auctor. Θησεῖον, τέμενός ἐστι τῷ Θησεῖ, ὃ τοῖς οἰκέταις ἄσυλον ἦν. *Theſéum, delubrum Theſei; quod perfugium ſeruis erat.* Plutarchus de eodem, in Vitâ Theſei. Ἔστι δὲ φύξιον οἰκέταις, καὶ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις, καὶ δεδιόσι κρείττονας· ὡς καὶ τοῦ Θησέως προστατικοῦ τινὸς καὶ βοηθικοῦ γενομένου, καὶ προσδεχομένου φιλανθρώπως τὰς τῶν ταπεινοτέρων δεήσεις. *Eſt autem perfugium ſeruis, omnibusq; humilioribus, quiq; potentiores timent; ceu patronus quidam Theſeus, & adiutor, fuiſſet; ac benignè etiam preces inferiorum excepiſſet.* Diodorus, in citatis ſtatim verbis. Καὶ τέμενος ἄσυλον ἐποίησαν ἐν ταῖς Ἀθήναις, τὸ προσαγορευόμενον ἀπ' αὐτοῦ Θησεῖον. *Templum etiam ſtatuerunt, vnde auellere quenquam nefas; quod Theſéum, ab eius nomine, appellatum.* Ius quoq; illic dicebatur. Etymologici Auctor de eo. Ἐλέγοντο δὲ καὶ δίκαι ἐνταῦθα. *Hîc verò etiam cauſæ dicebantur.* Et carcer erat; nam mox ſubiungit. Δηλοῖ δὲ καὶ δεσμωτήριον παρὰ Ἀθηναίοις. *Significat verò etiam carcerem apud Athenienſes.* Heſychius totidem verbis. Atque inde Θησειότριψ facetè ab Ariſtophane dicitur, qui diu multumq; illic verſatus eſſet, captiuus; qui pari elegantiâ *Colonus carceris* à Plauto dicitur. Etymologici Auctor. Θησειότριψ, ὁ ἐν τῷ Θησείῳ διατρίψας. Ἀριστοφάνης Πολυΐδῳ. *Theſeotriba, qui in Theſéo eſt verſatus. Ariſtophanes Polyido.*

CAP. VII.

Templum Dioscurorum, Ἀνάκειον dictum; in quo ipsi, stantes erant: filij, equis insidentes. Leucippi filiarum nuptiæ, & Argonautarum in Colchos expeditio, illic picta; Polygnoti illæ opus, hæc Miconis. Mens, à Polygnoto picta. Columna quoque, & inscriptio. Ciues etiam à Pisistrato, cum exuere eos armis suis vellet, conuenire isthic iussi: tum mancipia ibidem vendita. Agrauli fanum; Atticæq; juuentutis in hoc ipso jusjurandum. Pollux variè restitutus. Eius ædificandi causa.

HINC Dioscurorum templum vetus, in quo stantes ipsi erant; filij, equis insidentes: pictæ quoque res ipsorum à Polygnoto, & Leucippi filiarum item nuptiæ; tum qui Colchos cum Iasone Argonautæ nauigarant; inter quos Acastus maximè, & eius equi, eminebant; à Micone isti picti. Pausanias. Τὸ δὲ ἱερὸν τῶν Διοσκούρων ἀρχαῖόν ἐστιν, αὐτοί τε ἑστῶτες, καὶ οἱ παῖδες καθήμενοι σφισὶν ἐφ᾽ ἵππων. Ἐνταῦθα Πολύγνωτος μὲν ἔχοντα ἐς αὐτοὺς ἔγραψε, καὶ γάμον τῶν θυγατέρων τῶν Λευκίππου· Μίκων δὲ, τοὺς μετὰ Ἰάσονος ἐς Κόλχους πλεύσαντας. καὶ οἱ τῆς γραφῆς ἡ σπουδὴ μάλιστα ἐς Ἄκαστον καὶ τοὺς ἵππους ἔχει τοὺς Ἀκάστου. *Fanum Dioscurorum vetus est; in eoq; ipsi stantes, filijq; in equis sedentes. Hic, quæ ad ipsos pertinebant, & Leucippi filiarum nuptias, Polygnotus pinxit; Micon verò, hos qui Colchos cum Iasone nauigauerant. ac picturæ maxima quidem cura fuit circa Acastum, & eius equos.* Mens ibidem spectabatur, Poly-

gnoti

gnoti eiusdem opus. Hesychius. Πολυγνώτου τοῦ ζωγράφου. ὁ νοῦς ἐστὶ γεγραμμένος, ἐναντίος, ἐπεστραμμένος, κομίζων σκιαδοφόρον, καὶ τὴν μυρσίνην λαγωόν· καὶ ἀνάκειται ἐν τῷ Ἀνακείῳ. Vocabatur autem templum istud Ἀνάκειον, vt Dioscuri ipsi Ἄνακες. Harpocration. Ἀνάκειον, τὸ ἀνάκτορον, ἱερὸν τῶν Διοσκούρων. *Anacéum, templum, Dioscuris sacrum.* Suidas. Ἀνάκειον, ὄρος· ἢ τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερόν. *Anacéum, mons; vel Dioscurorum fanum.* Ac vides in citatis statim Hesychij verbis; & Auctoribus, iam dicendis. Picturarum Polygnoti, quæ illic erant, à Pausania memoratæ, meminit etiam Harpocration, in Πολύγνωτος. Τὴν Ποικίλην στοὰν ἀνέγραψε προῖκα· ἤ, ὡς ἕτεροι, τὰς ἐν τῷ Θησαυρῷ, καὶ τῷ Ἀνακείῳ, γραφάς. *Porticum Variam gratis pinxit; vel, vt alij, Thesaurum, & Anacéum.* Columna item istic erat, in quâ inscriptum; è bobus duobus præcipuis selectis tertiam partem, in certamen; è duabus reliquis alteram, sacerdoti; alteram, parasitis impendendam esse. Athenæus, lib. VI. Ἀλλὰ μὴν, περὶ γὰρ τῶν παρασίτων ὁ λόγος, κἀν τῷ Ἀνακείῳ ἐπί τινος στήλης γέγραπται· τοῖν δὲ βοοῖν τοῖν ἡγεμόνοιν, τοῖν ἐξαιρουμένοιν, τὸ μὲν τρίτον μέρος, εἰς τὸν ἀγῶνα· τὰ δὲ δύο μέρη τὸ μὲν ἕτερον, τῷ ἱερεῖ· τὸ δὲ, τοῖς παρασίτοις. *Verùm, nam de parasitis nobis sermo, etiam in Anacéo in columnâ quadam scriptum est; è bobus ductoribus selectis tertia pars, in certamen; è duabus reliquis partibus vna quidem, in sacerdotem; altera, in parasitos impendatur.* Huc Pisistratus Athenienses, eos exarmare cupiens, conuenire cum armis iussit. Polyænus, lib. I. Πεισίστρατος, Ἀθηναίων τὰ ὅπλα βουλόμενος παρελέσθαι, παρήγγελεν ἥκειν ἅπαντας εἰς τὸ Ἀνάκειον, *Pisistratus, cum arma adimere Atheniensibus vellet, conuenire in Anacéum omnes*

iussit. Ac mancipia illic venum dari solita. Inde Demosthenes, in Stephanum Orat. I. Πονηρὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πονηρὸς οὗτος ἄνωθεν ἐκ τοῦ Ἀνακείου, καὶ ἄδικος. *Improbus, ô Athenienses, improbus hic est, iam ab Anacéo vsque, & iniustus.* Mentio huius templi occurrit apud Thucydidem, lib. VIII. & Andocidem, περὶ μυστηρίων. Supra illud, Agrauli erat. Pausanias. Ὑπὲρ δὲ τῶν Διοσκούρων τὸ ἱερὸν, Ἀγραύλου τέμενός ἐστιν. *Supra Dioscurorum verò fanum, est Agrauli.* Meminit eius Herodotus, lib. VIII. Ἀνέβησάν τινες κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγραύλου. *Ascenderunt nonnulli iuxta fanum Agrauli, Cecropis filiæ.* Hîc iuuentus Atheniensis jusjurandum dabat, de tutandâ patriâ, eiusque sacris, ac legibus. Meminit Demosthenes, in Orat. De falsâ legat. Καὶ τὸ Μιλτιάδου, καὶ Θεμιστοκλέους, ψήφισμα ἀναγινώσκων, καὶ τὸν ἐν τῷ τῆς Ἀγραύλου τῶν ἐφήβων ὅρκον. *Et Miltiadis, ac Themistoclis, decretum legens; iuuenumque in Agrauli iuramentum.* Ad quem locum Vlpianus. Ἔστι μία τῶν Κέκροπος θυγατέρων Ἄγραυλος. ἐν δὲ τῷ τεμένει αὐτῆς οἱ ἐξιόντες εἰς τοὺς ἐφήβους ἐκ παίδων, μετὰ πανοπλιῶν ὤμνυον, ὑπερμαχεῖν ἄχρι θανάτου τῆς θρεψαμένης. *Est vna è Cecropis filiabus Agraulus; in cuius templo, cum è pueris in ephebos adscriberentur, in armis omnibus iurabant, se pro patriâ vsque ad mortem pugnaturos.* Philostratus, De Vitâ Apollonij, lib. IV. cap. VII. Ὑμεῖς δὲ, ἁβρότεροι τῶν Ξέρξου γυναικῶν, ἐπ' αὐτοὺς στέλλεσθε οἱ γέροντες, οἱ νέοι, τὸ ἐφηβικόν· οἳ πάλαι μὲν ὤμνυσαν, ἐν Ἀγραύλου φοιτῶντες, ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανεῖσθαι. *Vos verò molliores, quam mulieres Xerxis, aduersus illos mittimini, senes, iuuenes, ephebi; qui olim quidem, in Agrauli conuenientes, jurabant, se pro patriâ morituros.* Lycurgus, Orat. in Leocratem. Ὑμῖν γάρ ἐστιν

ὅρκος,

ὅρκος, ὃν ὀμνύουσι πάντες οἱ πολῖται, ἐπειδὰν εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφῶσιν, καὶ ἔφηβοι γένωνται, μήτε ἱερὰ ὅπλα καταισχυνεῖν, μήτε τὴν τάξιν λείψειν, ἀμυνεῖν δὲ τῇ πατρίδι, καὶ ἀμείνω παραδώσειν. *Vobis enim est jusjurandum, quod ciues omnes dant, cum in album ciuitatis referuntur, & ephebi fiunt, neque ſacra arma dehoneſtaturos, neque ordinem deſerturos; ſed pro patria pugnaturos, & hanc meliorem eſſe tradituros.* Vbi obſerua, dari jusjurandum hoc ſolitum, cum in album referrentur. Idem Pollux quoq; memorat, qui plenam eius formulam fuiſſe iſtam tradit. Non ſe arma dehoneſtaturos eſſe, neve aſtantem commilitonem deſerturos; pugnaturos verò pro aris, ac focis, & ſolos, & cum multis: neque patriam deteriorem tradituros. nauigaturos item aduerſum qualemcunque denique terram; legibusq; auſcultaturos, ſiue latis, ſiue deinceps ferendis; neque permiſſuros vnquam, vt euertat eas aliquis, aut detrectet morem gerere. ſacra patria culturos, & pro viribus defenſuros, ſiue ſolos, ſeu cum omnibus. deos autem huius juramenti ſui teſtes capere, Agraulum, Enyalium, Martem, Iouem. Verba Pollucis ita habent, lib. VIII. cap. IX. Περίπολοι, ἔφηβοι, περιήεσαν τὴν χώραν περιφυλάττοντες, ὥσπερ ἤδη μελετῶντες τὰ στρατιωτικά. καὶ εἰς μὲν τοὺς ἐφήβους εἰσῄεσαν, ὀκτωκαίδεκα ἔτη γενόμενοι· δύο δὲ, εἰς περιπόλους ἠριθμοῦντο. εἰκοσῶ δὲ ἐνεγράφοντο τῷ ληξιαρχικῷ γραμματείῳ, καὶ ὤμνυον ἐν Ἀγραύλου· οὐ καταισχυνῶ τὰ ὅπλα, οὐδὲ καταλείψω τὸν προστάτην, ᾧ ἂν τύχω. ἀμυνῶ δὲ καὶ ὑπὲρ ἱερῶν, καὶ ὁσίων, καὶ μόνος, καὶ μετὰ πολλῶν· καὶ τὴν πατρίδα οὐκ ἐλάττω παραδώσω. πλεύσω δὲ καὶ γῆς, ὁπόσην ἂν παραδέξωμαι. καὶ συνήσω τῶν ἀεὶ κρινόντων, καὶ τοῖς θεσμοῖς τοῖς ἱδρυμένοις πείσομαι, καὶ οὓς τινας ἄλλους ἱδρύσηται τὸ

 πλῆθος

πλῆθος ἐμφρόνως. καὶ ἄν τις ἀναιρῇ τοὺς θεσμοὺς, ἢ μὴ πείθηται, οὐκ ἐπιτρέψω· ἀμυνῶ δὲ καὶ μόνος, καὶ μετὰ πάντων· καὶ τὰ ἱερὰ πάτρια τιμήσω. ἵστορες θεοὶ ἄγραυλοι, Ἐνυάλιος, Ἄρης, Ζεύς. *Circitores, ephebi, circuibāt regionem custodientes, tanquam etiam tunc meditantes bellica. Et in ephebos quidem referebantur, annos octo & decem nati; inde biennium inter circitores erant: vicesimo verò, in albo ciuium inscribebantur, & iurabant in Agrauli; Non dehonestabo arma, neque præstitem etiam deseram, quicunque obtigerit. pugnabo verò pro aris, ac focis, & solus, & cum multis; neque patriam deteriorem item tradam. nauigabo autem aduersus terram qualemcunque, ac decernentibus auscultabo, legibusq; constitutis, & quas alias populus prudenter feret, morem geram: tum si quisquam tollere leges, aut non obedire velit, non permittam. pugnabo verò & solus, & cum omnibus; sacraque patria honorabo. testes sunto dij agrestes, Enyalius, Mars, & Iupiter.* Sed legendum, illic censeo, οὐδὲ καταλείψω τὸν παραστάτην. *Non deseram astitem.* Lycurgus, in citatâ statim Oratione, de hoc ipso iuramento verba faciens. Τίνα δ' ἂν τρόπον ὅπλα καταισχύνειέ τις μᾶλλον ἢ εἰ λαβεῖν μὴ θέλοι; πῶς δ' οὐ καὶ τὸν παραστάτην, καὶ τὴν τάξιν, λέλοιπεν, ὁ μηδὲ τάξαι τὸ σῶμα παρασχών; *Quo modo enim magis quispiam arma sua dehonestet, quàm si sumere ea nolit? quomodo item noncommilitonem astitem, ordinemve, deseruit; qui neque se in acie collocandum præbuit?* Apud Stobæum, Serm. XLI. vbi etiam iuramenti verba habes; Οὐ καταισχυνῶ ὅπλα τὰ ἱερὰ, οὐδ' ἐγκαταλείψω τὸν παραστάτην. *Non dedecorabo arma sacra, neque astitem destituam.* Sequentia verò Pollucis verba, partim mutila, partim corrupta, sic restituo, ex eodem hoc Stobæo. Καὶ συνήσω τῶν ἀεὶ κραι-

νόντων,

νόντων ἐμφρόνως, καὶ τοῖς θεσμοῖς τοῖς ἱδρυμένοις πείσομαι, καὶ οὕς τινας ἄλλους ἱδρύσηται τὸ πλῆθος ὁμοφρόνως. *Et prudenter decernentibus auscultabo; legibusq́; constitutis, & quas alias populus consensu feret, morem geram.* Denique in fine. Ἴστορες θεοὶ, Ἄγραυλος, Ἐνυάλιος. *Testes sunto dij, Agraulus, Enyalius.* Sed & hoc item iurabant; terminos Atticæ habituros, triticum, hordeum, vineas, oleas: id est, terram sese omnem vindicaturos, quacunque culta, & frugifera, ea esset. Obseruo apud Plutarchum, in Alcibiade. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς γῆς συνεβούλευεν ἀντέχεσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ τὸν ἐν Ἀγραύλου προβαλλόμενον ἀεὶ τοῖς ἐφήβοις ὅρκον ἔργῳ βεβαιοῦν. ὀμνύουσι γὰρ, ὅροις χρήσεσθαι τῆς Ἀττικῆς, πυροῖς, κριθαῖς, ἀμπέλοις, ἐλαίαις. οἰκείαν ποιεῖσθαι διδασκόμενοι τὴν ἥμερον, καὶ καρποφόρον. *Enimuerò consuluit etiam populo Atheniensi, vti etiam terram assereret; &, quod in Agrauli ephebis semper proponebatur, jusjurandum ipso opere confirmarent. jurant enim, habituros se Atticæ terminos, triticum, hordeum, vineas, oleas; quo suggerebatur ijs, vt assererent terram omnem cultam, & frugiferam.* Templi autem huius Agraulo ædificandi hæc fuit causa. Cum bello Athenæ infestarentur ab Eumolpo, idq́; in longum traheretur, sciscitantibus de liberatione Atheniensibus, respondit oraculum; tum malorum finem fore, cum quis sese pro rep. deuouisset: idque Agraulus postquam audiuit, vltro se in mortem dedit, & de muro præcipitauit. cuius rei ergo ciues, vt se gratos ei ostenderent, templum illud exstruxerunt. Vlpianus, loco citato. Πολέμου συμβάντος παρ' Ἀθηναίοις, ὅτε Εὔμολπος ἐστράτευσε κατ' Ἐρεχθέως, καὶ μηκυνομένου τούτου. ἔχρησεν Ἀπόλλων, ἀπαλλαγήσεσθαι, ἐάν τις ἀνέλῃ ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως. ἡ τοίνυν Ἄγραυλος ἑκοῦσα αὑτὴν

ἐξέδω-

ἐξέδωκεν εἰς θάνατον. ἔῤῥιψε γὰρ ἑαυτὴν ἐκ τοῦ τείχους. εἶτα, ἀπαλλαγέντες τοῦ πολέμου, ἱερὸν ὑπὲρ τούτου ἐστήσαντο αὐτῇ περὶ τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως. *Cum bellum Atheniensibus obortum esset, infestante cum exercitu Erechtheum Eumolpo, atque diu id duraret, respondit Apollo, liberandos eos fore, si pro Vrbe quisquam sese in mortem daret. id Agraulus sponte fecit, & de muro se deiecit. inde, à bello liberati, fanum ei hâc de caussa iuxta arcis propylaa constituerunt.*

CAP. VIII.

Prytaneum, idq́; vnde appellatum. In eo statuæ Pacis, Vestæ, Autolyci, Miltiadisq́;, & Themistoclis: item Democharis. Solonis quoque leges illic asseruatæ, quæ in arce prius erant. Victus ibidem Cleomanti, posterisq́; vt Harmodij, & Aristogitonis, datus: etiam omnium eorum, qui benè de rep. meriti. Socratis dictum. Dari autem maza solita; &, diebus festis, panis: ex Solonis instituto. Dioscurorum etiam quoddam ibi prandium; item ignis inexstinctus. A Theseo structum; post euersum terra motu. Bonæ Fortunæ statua. Cædes Cimonis. Decimæ ventrium ex animalibus, quæ immolarentur, Prytaneo datæ. In villa Tiburtinâ Hadriani Imp. locus, Prytaneum dictus.

INDE Prytaneum erat. Pausanias. Πλησίον δὲ, πρυτανεῖόν ἐστιν. *In propinquo, Prytaneum est.* Inde dictum, quod hic Prytanes convenirent. Scholiastes Thucydidis, lib. II. πρυτανεῖον ἐκαλεῖτο, ἐπειδὴ ἐκεῖ ἐκάθηντο οἱ πρυτάνεις.

πρυτάνεις, οἱ τῶν ὅλων πραγμάτων διοικηταί. *Prytaneum dicebatur, quia ibi Prytanes ſedebant, penes quos erat rerum omnium adminiſtratio.* Alij, ceu πυρὸς ταμεῖον dictum cupiunt; quia ignis inexſtinctus, vt mox dicam, aſſeruari illic ſolitus: alij, ceu πυροῦ ταμεῖον, quod frumentum iſtic publicum ſeruaretur. Vide Suidam, & Auctorem Etymologici. In hoc & Solonis leges aſſeruatæ, ſtatuæq; ſpectabantur Pacis, Veſtæ, & Autolyci: tum Miltiadis, & Themiſtoclis; primâ inſcriptione abolitâ, viro Thraci, & Romano, attributæ. Pauſanias. Πρυτανεῖόν ἐστιν, ἐν ᾧ νόμοι τε οἱ Σόλωνός εἰσι γεγραμμένοι, καὶ θεῶν Εἰρήνης ἀγάλματα κεῖται, καὶ Ἑστίας. ἀνδριάντες δὲ ἄλλοι τε, καὶ Αὐτόλυκος ὁ παγκρατιαστής. τὰς γὰρ Μιλτιάδου, καὶ Θεμιστοκλέους, εἰκόνας εἰς Ῥωμαῖόν τε ἄνδρα, καὶ Θρᾶκα, μετέγραψαν. *Prytaneum eſt, in quo & Solonis leges ſcriptæ exſtant, & dearum ſimulacra, Pacis, ac Veſtæ: ſtatuæq;, Autolyci pancratiaſtæ; tum Miltiadis, & Themiſtoclis; quas, mutatâ inſcriptione, viro Thraci, & Romano, tribuerunt.* Etiam Democharis, gladio accincti. Plutarchus, in Demoſthene, lib. De x Rhet. Ἀδελφιδοῦς αὐτοῦ Δημοχάρης ἐγένετο, ἀνὴρ καὶ κατὰ πόλεμον ἀγαθὸς, καὶ κατὰ τοὺς πολιτικοὺς λόγους οὐδενὸς χείρων· ἔστι δὲ αὐτοῦ εἰκὼν ἐν τῷ Πρυτανείῳ, εἰσιόντων πρὸς Ἑστίαν δεξιᾷ, ὁ πρῶτος περιεζωσμένος ἅμα τῷ ἱματίῳ καὶ ξίφος. οὕτω γὰρ δημηγορῆσαι λέγεται, ἡνίκα Ἀντίπατρος ἐξῄτει τοὺς ῥήτορας. *Nepos ipſi ex ſorore erat Demochares, vir & belli egregius, & ciuilibus diſciplinis nulli inferior. eſt verò eius ſtatua in Prytaneo, vbi intraueris, ad dextram Veſtæ; isq; primus, qui cum veſte etiam gladio accinctus: ſiquidem eo habitu dixiſſe fertur, cum Antipater Oratores poſtularet.* Vbi vides Veſtæ quoque ſimulacri, à Pauſania memorati, mentionem. Democharis autem

G iſtius

istius statuæ meminit iterum, in sequentibus statim verbis. Ἡ δὲ τοῦ Δημοχάρους εἰκὼν εἰς τὸ Πρυτανεῖον μετεκομίσθη, περὶ ἧς προείρηται. *Demochar is verò statua, de quâ iam diximus, in Prytaneum est translata.* Quod Solonis leges attinet, est de ijs & Plutarchi iste locus, in Solone. Ἰσχὺν δὲ τοῖς νόμοις πᾶσιν εἰς ἑκατὸν ἐνιαυτοὺς δέδωκε, καὶ κατεγράφησαν εἰς ξυλίνους ἄξονας, ἐν πλαισίοις περιέχουσι στρεφομένους. ὧν ἔτι καθ᾽ ἡμᾶς ἐν Πρυτανείῳ λείψανα μικρὰ διεσώζετο. *Robur verò legibus omnibus dedit in annos centum; suntq́ꝫ ea in axibus ligneis perscriptæ, qui cum thecis longiusculis circumjectis vertebantur: & reliquias etiamnum est videre in Prytaneo.* Ac translatæ huc ex arce, vbi antea collocatæ. Pollux, lib. VIII. cap. X. Ἀπέκειντο δὲ οἵ τε κύρβεις, καὶ οἱ ἄξονες, ἐν ἀκροπόλει πάλαι· αὖθις δὲ, ἵνα πᾶσιν ἐξῇ ἐντυγχάνειν, εἰς τὸ Πρυτανεῖον, καὶ τὴν ἀγορὰν, μετηνέχθησαν. *Olim cyrbes, & axes, in arce erant; posteà verò, vt cuiuis inspiciendi copia esset, in Prytaneum, & forum, sunt translati.* Hîc victus datus Cleomanti, posterisq́;. Lycurgus, Orat. in Leocratem. Τῷ δὲ Κλεομάντει τῷ Δελφῷ, ἡ πόλις αὐτῷ τε καὶ ἐκγόνοις ἐν Πρυτανείῳ ἀΐδιον σίτησιν ἔδοσαν. *Cleomanti Delpho vrbs cum ipsi, tum posteris eius, perpetuum in Prytaneo victum dedit.* Item Harmodij, & Aristogitonis, posteris. Dinarchus, in Demosthenem. Καὶ τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως κεκοινωνηκότα τοῖς Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος, ἀπογόνοις. *Et victum in Prytaneo sortitum communem cum Harmodij, & Aristogitonis, posteris.* Hinc Isæus, περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου. Καὶ ἐβουλήθης μᾶλλον Δικαιογένους υἱὸς καλεῖσθαι, ἢ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος· ὑπερειδὼν μὲν τὴν ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν, καταφρονήσας δὲ τῶν προεδρειῶν, καὶ ἀτελειῶν, ἃ τοῖς ἐξ ἐκείνων γεγονόσι δέδοται. *Et maluisti Dicæogenis filius dici, quam Harmodij,*

aut Aristogitonis; despiciens victum in Prytaneo, priores consessus, & immunitates, quæ eorum posteris datæ. Hippocrati item, posterisque. Soranus, in eius Vitâ. Καὶ πολίτην (Ἀθηναῖοι) ἔγραψαν, καὶ τὴν ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν ἔδοσαν εἰς ἐκγόνους. *Et ciuitate (Athenienses) eum donarunt, & in Prytaneo victu, vsque ad posteros.* Immò omnium eorum, qui præclarè de rep. meriti essent. Res est obuia apud Auctores. Scholiastes Aristophanis, ad Equites. Πρυτανεῖον, οἰκίσκος, παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ἔνθα σιτοῦνται δημοσίᾳ, οἱ τῆς τοιαύτης τιμῆς παρ' αὐτοῖς τυχόντες. *Prytaneum, ædificium apud Athenienses, vbi publicè alebantur, quibus illi honorem eum concessissent.* Et alibi, ad eandem fabulam. Πρυτανεῖον, τόπος Ἀθήνησιν, οὗ τὰς δημοσίας σιτήσεις ἐποιοῦντο. *Prytaneum, locus Athenis, in quo publicè victum dabant.* Estq; notum Socratis dictum, apud Diogenem Laertium, in eius Vitâ, lib. II. Ἕνεκα μὲν, εἶπε, τῶν ἐμοὶ διαπεπραγμένων, τιμῶμαι τὴν δίκην τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως. *Eorum, inquit, quæ gessi caussa, victum mihi in Prytaneo decernendum esse censeo.* Cicero sic refert, De Orat. lib. I. *Interrogatus Socrates, quam quasi æstimationem commeruisse se maximè confiteretur, respondit; sese meruisse, vt amplissimis honoribus, & præmijs, decoraretur: &, vt ei victus quotidianus in Prytaneo præberetur.* Sed non rectè Scholiastes Aristophanis, qui οἰκίσκον illud dicit, cum reuera ampla domus esset. Sic Thucydidis Scholiastes, lib. II. Πρυτανεῖον, ἐστὶν οἶκος μέγας, ἔνθα αἱ σιτήσεις ἐδίδοντο τοῖς πολιτευομένοις. Ac de victu quidem exhibito ijs, qui negotia reip. tractabant, est exemplum apud Heliodorum; vbi Cnemon de patre suo Aristippo, quem τῆς ἄνω βουλῆς esse memorauerat, ita narrat, lib. I. Ὁ μὲν πατὴρ, ἐν τῷ Πρυτανείῳ ἐσιτεῖτο· καὶ, ὡς ἂν ἐν

τοιαύτῃ πανηγύρει, καὶ πότῳ πανδήμῳ, καὶ διανυκτερεύειν ἔμελλεν. *Pater quidem, in Prytaneo cibum sumebat; &, vt in eiusmodi festo, ac potatione publicâ, etiam noctem acturus erat.* Cibus verò ordinarius, maza erat; extra ordinem, quando dies festus esset, panis datus, ex Solonis instituto. Athenæus, lib. IV. Σόλων δὲ, τοῖς ἐν Πρυτανείῳ σιτουμένοις, μάζαν παρέχειν κελεύει· ἄρτον δὲ, ταῖς ἑορταῖς παρατιθέναι. *Solon verò, in Prytaneo victitantibus, mazam exhiberi iubet; panem autem, diebus festis.* Dioscuris quoque prandium quodam die datum; in quo caseus, physta, oliua, item porrum, prisci victus monumenta, apponebantur. Athenæus, libro citato. Ὁ δὲ τοὺς εἰς Χιωνίδην ἀναφερομένους Πτωχοὺς ποιήσας, τοὺς Ἀθηναίους φησὶν, ὅταν τοῖς Διοσκούροις ἐν Πρυτανείῳ ἄριστον προτιθῶνται, ἐπὶ τῶν τραπεζῶν τιθέναι τυρὸν, φύστην, δρυπεπεῖς τ' ἐλαίας, καὶ πράσα, ὑπόμνησιν ποιουμένους τῆς ἀρχαίας ἀγωγῆς. *Qui Mendicos fecit, qui Chionidi adscribuntur, Athenienses refert, cum in Prytaneo prandium Dioscuris exhiberent, in mensis apposuisse caseum, physstam, oliuas maturas, item porrum, quibus quasi antiqui victus commonefacerent.* Ignis etiam perennis asseruari illic solitus. Suidas. Πρυτανεῖον, πυρὸς ταμεῖον· ἔνθα ἦν ἄσβεστον πῦρ. *Prytaneum, ignis promptuarium; vbi erat ignis inexstinctus.* Scholiastes Thucydidis, loco citato. Ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι τὸ Πρυτανεῖον πυρὸς ἦν ταμεῖον, ἔνθα καὶ ἦν ἄσβεστον πῦρ. *Alij verò dicunt, Prytaneum appellatum, tanquam ignis promptuarium, vbi etiam ignis inexstinctus esset.* Theocritus, Idyll. XXI. ——— τὸ δὲ λυχνίον ἐν Πρυτανείῳ·

Φαντὶ γὰρ αἰὲν ἄγραν τόδ' ἔχειν. ———

——— *lychnus in Prytanéo;*

Nam semper hunc habere prædam aiunt. ———

Er-

Et quidem ad Veſtæ ſimulacrum, de quo dixi. Obſeruo apud Pollucem, lib. I. cap. I. Ἑστίαν δὲ κυριώτατα καλοίης τὴν ἐν Πρυτανείῳ, ἐφ' ἧς τὸ πῦρ ἄσβεστον ἀνάπτεται. *Veſtam verò maximè propriè appellaueris eam, quæ in Prytaneo eſt; ad quam ignis inexſtinctus accenditur.* Inde eſt illud Ariſtidis, in Panathenaicâ. Καὶ μόνη πόλεων, ἢ κομιδῆ γε ἐν ὀλίγαις, Ἑστίαν ἀκίνητον Πρυτανείου δικαίως νέμει. *Et ſola Vrbium, aut certè cum valdè paucis, Veſtam Prytanei immotam iure alit.* Exſtructum autem Prytaneum à Theſeo fuit, cum Athenas ordinaret. Thucydides, lib. II. Ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς ἐβασίλευσε, γενόμενος μετὰ τοῦ ξυνετοῦ καὶ δυνατὸς, τά τε ἄλλα διεκόσμησε τὴν χώραν, καὶ καταλύσας τῶν ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια, καὶ τὰς ἀρχὰς, εἰς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν ἓν βουλευτήριον ἀποδείξας, καὶ Πρυτανεῖον, ξυνῴκισε πάντας. *Poſtquam Theſeus regnum tenuit, qui prudensq; & potens erat, cum in alijs regionem exornauit, tum, ſublatis vrbium cæterarum curiis, ac magiſtratibus, vnâ curiâ conſtitutâ, & Prytaneo, in eam ciuitatem, quæ nunc eſt, omnes coëgit.* Plutarchus, in eius Vitâ. Καταλύσας οὖν τὰ παρ' ἑκάστοις Πρυτανεῖα, καὶ βουλευτήρια, καὶ ἀρχὰς, ἓν δὲ ποιήσας ἅπασι κοινὸν ἐνταῦθα Πρυτανεῖον, καὶ βουλευτήριον, ὅπου νῦν ἵδρυται, τὸ ἄστυ, τήν τε πόλιν, Ἀθήνας προσηγόρευσε. *Cum aboleuiſſet, quæ apud quoſque, Prytanea, curiæ, & magiſtratus, inſtituto hîc communi Prytaneo, curiaq;, quo nunc eſt loco, aſty, & Vrbem, Athenas vocauit.* Euerſum poſtea terræ motu, belli Peloponneſiaci anno ſexto. Thucydides, qui eo anno geſta memorat, lib. III. Καὶ σεισμὸς τοῦ τείχους τι κατέβαλε, καὶ τὸ Πρυτανεῖον, καὶ ἄλλας οἰκίας ὀλίγας. *Et terræ motus deiecit quandam muri partem, Prytaneum, aliasq; paucas domos.* Ad Prytaneum, ſtatua Bonæ Fortunæ erat. Ælianus, Var. Hiſt.

G 3. lib.

lib. XXXIX. Νεανίσκος τις Ἀθήνησι, τῶν εὖ γεγονότων, πρὸς τῷ Πρυτανείῳ ἀνδριάντος ἑστῶτος τῆς Ἀγαθῆς Τύχης, θερμότατα ἠράσθη. *Adolescens Athenis, ex honesto loco natis, stantem ad Prytaneum Bonæ Fortunæ statuam calidissimè amabat.* Meminitque Demosthenes, etsi sine Prytanei mentione, Epist. IV. Ἐγὼ τὴν πόλιν τὴν ὑμετέραν εὐτυχεστάτην πασῶν πόλεων ὑπολαμβάνω, καὶ θεοφιλεστάτην. καὶ ταῦτα οἶδα καὶ τὸν Δία τὸν Δωδωναῖον, καὶ τὴν Διώνην, καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον, ἀεὶ λέγοντας ἐν ταῖς μαντείαις· καὶ προσεπισφραγιζομένους, τὴν Ἀγαθὴν Τύχην ἐν τῇ πόλει εἶναι τῇ παρ' ὑμῖν. *Ego vestram Vrbem omnium vrbium felicissimam esse existimo, ac dijs charissimam. Et hæc scio testari de vobis Iouem Dodonæum, & Dionen, & Apollinem quoque Pythium, in oraculis; confirmantes insuper, esse vobis in Vrbe vestrâ Bonam Fortunam.* Hic patrata quoque à Pisistrati filijs cædes Cimonis, patris Miltiadis, inuidia gloriæ, ob bis reportatam ex Olympijs certamine quadrijugo victoriam. Narrat Herodotus, lib. VI. Καί μιν (τὸν Κίμωνα) ἀνελόμενον τοῖσι αὐτοῖσι ἵπποισι ἄλλην Ὀλυμπιάδα, κατέλαβε ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν Πεισιστράτου παίδων, οὐκέτι περιεόντος αὐτοῦ Πεισιστράτου. κτείνουσι δὲ οὗτοί μιν κατὰ τὸ Πρυτανήιον, νυκτὸς ὑπείσαντες ἄνδρας. *Et ipsum (Cimonem,) quum aliam Olympiadem ijsdem equis vicisset, contigit occidi à Pisistrati filijs, ipso Pisistrato iam defuncto. Interfecere verò ipsum ad Prytaneum, noctu submissis percussoribus.* Dabantur autem Prytaneo decimæ ventrium ex animalibus, quæ immolabantur. Suidas, in Ἀδεκατεύτους. Τῶν κοιλιῶν τῶν θυομένων ἐδίδοσαν τὴν δεκάτην μοῖραν ἐν τῷ Πρυτανείῳ. Inde Cleon apud Aristophanem Equitibus.

Καί σε φανῶ τοῖς Πρυτάνεσιν,	*Et te deferam ad Prytanes,*
Ἀδεκατεύτους τῶν θεῶν ἱε-	*Non decimatos dijs ſa-*
ρὰς ἔχοντα κοιλίας.	*cros habentem ventres.*

Vbi Scholiaſtes. Ἔθος εἶχον τὰς δεκάτας τῶν θυομένων τοῖς Πρυτάνεσιν οἱ μάγειροι διδόναι. *Moris erat coquis, vt decimas immolatorum Prytanibus darent.* Denique, vt finiam, illud obiter monendum, Hadrianum Imp. in villâ ſuâ Tiburtinâ locum quendam *Prytaneum* appellaſſe. Spartianus, in eius Vitâ. *Tiburtinam villam mirè exædificauit; ita vt in eâ & prouinciarum, & locorum, celeberrima nomina inſcriberet: velut Lyceum, Academiam, Prytaneum.*

CAP. IX.

Serapidis fanum; cuius cultum à Ptolemæo Athenienſes didicerunt. Locus, vbi quondam Theſeus cum Pirithoo fœdus fecit. Lucinæ templum, & in eo ſigna tria, ad ſummos vſque pedes tecta; quod ab Athenienſibus factum ſine exemplo: duo ex ijs, è Cretâ aduecta, Phædræ donaria; tertium, è Delo allatum, ab Eryſichthone dedicatum.

HINC, ad inferiora Vrbis deflectentibus, Serapidis fanum ſe oſtendebat; cuius cultum Athenienſes à Ptolemæo acceperunt. Pauſanias. Ἐντεῦθεν ἰοῦσιν ἐς τὰ κάτω τῆς πόλεως, Σαράπιδός ἐστιν ἱερόν· ὃν Ἀθηναῖοι παρὰ Πτολεμαίου θεὸν ἐσηγάγοντο. *Hinc, euntibus ad inferiora Vrbis, Serapidis fanum eſt; quem deum Athenienſes à Ptolemæo introduxerunt.* In propinquo, locus ille, vbi

Theſeus,

Theſeus, & Pirithous, poſtquam fœdus iniiſſent, in Lacedæmonem, & Theſprotos, ſunt profecti. Pauſanias. Τοῦ δὲ ἱεροῦ τοῦ Σαράπιδος οὐ πόῤῥω, χωρίον ἐστὶν, ἔνθα Πειρίθουν καὶ Θησέα συνθεμένους ἐς Λακεδαίμονα, καὶ ὕστερον ἐς Θεσπρωτοὺς, σταλῆναι λέγουσι. *Non longè à Serapidis fano, locus eſt, vbi fœdere inter ſe inito Pirithous, ac Theſeus, in Lacedæmonem, & deinde in Theſprotos, profecti memorantur.* Fœderis autem iſtius meminit Sophocles, Oed. Col.

Ἔστη κελεύθων ἐν πολυσχίστῳ μιᾷ,
Κοίλου πέλας κρατῆρος, οὗ τὰ Θησέως
Περίθου τε κεῖται πίστ' ἀεὶ ξυνθήματα.
Stetit in loco, vbi multæ concurrunt viæ,
Iuxta cauum craterem, vbi Theſei
Pirithoiq; fida ſemper condita fœdera.

Proximè, Lucinæ templum viſebatur. Pauſanias. Πλησίον δὲ, ᾠκοδόμητο ναὸς Εἰλειθυίας. *Prope verò, templum Lucinæ ſtructum erat.* Meminit eius Plato, De Leg. lib. VI. Ἐπίσκοποι δ' ἔστωσαν τούτων ἃς εἰλόμεθα γυναῖκες, πλείους εἴτ' ἐλάττους, τοῖς ἄρχουσιν ὁπόσας ἂν δοκῇ προστάττειν τε, καὶ ὁπόταν, πρὸς τὸ τῆς Εἰλειθυίας ἱερὸν ἑκάστης ἡμέρας ξυλλεγόμεναι. *Inſpectrices ſunto fœminæ, quas delegerim, plures paucioreſve, quotcunq; archontibus, & quando etiam, conſtituere videbitur; ad Lucinæ ſingulis diebus conuenientes.* Ibi ſigna eius tria, ad pedes vſque velata; quod à ſolis Athenienſibus, ſine exemplo, factitatum: duoq; ex his, è Cretâ aduecta, Phædra quondam dedicauerat; tertium, è Delo allatum, Eryſichthon. Pauſanias. Μόνοις δὲ Ἀθηναίοις τῆς Εἰλειθυίας κεκάλυπται τὰ ξόανα ἐς ἄκρους τοὺς πόδας. τὰ μὲν δὴ δύο, Κρητικὰ εἶναι, καὶ Φαίδρας ἀναθήματα, ἔλεγον αἱ γυναῖκες· τὸ δὲ ἀρχαιότατον, Ἐρυσίχθονα ἐκ Δήλου κομίσαι. *Apud ſolos Athenienſes ſimulacra*

simulacra Lucinæ ad summos vsque pedes velata sunt. quorum duo, Cretica esse, & à Phædrâ dedicata, fœminæ dicebant; quòd verò antiquissimum erat, è Delo Erysichthonem attulisse.

CAP. X.

Olympij Iouis templum; vetus, à Deucalione structum: nouum, cœptum à Pisistrato, fundamenta iacientibus architectis, Antistate, Callæschro, Antimachide, & Porino. Vitruuij error indicatus. Diu inde intermissum, à Perseo, & Antiocho Epiphane, continuatum, per Cossutium. Vitruuij locus emendatus. A Sylla destructum in partem, auectis inde in ædes Capitolinas columnis; deinde ab alijs quoque regibus, sub Augusto, in eius gratiam, opus tantum instauratum: tandem perfectum, & dedicatum, ab Adriano Imperatore, hymnum accinente Polemone; idq́ue quando, & quanto tempore post Pisistrati fundamenta. Philostrati locus restitutus. Dipteros octastylos. Magnificentia tota operis, ambitusq́ue, ac magnitudo; propter quam columnis etiam substructum, modo Athenis ad id tempus inusitato: & impensa. Iouis signum; ex ebore, & auro, ab Adriano dedicatum. Adriani statuæ quatuor; aliæq́ue item plures, à singulis vrbibus consecratæ: & colossus, ab Atheniensibus positus. Ara etiam; vrbiumq́ue, quæ coloniæ Atheniensium, simulacra: item Iouis alterum, ex ære; in cuius basi expressa pugna cum Amazonibus. Saturni, & Rheæ Olympiæ, sacellum. Antiopæ cippus. Hiatus, in quem inijci polenta solita. Isocratis statua, ab Aphareo collocata; & Persarum, æneum tripodem sustinentium. Morychia domus; item Charmidæ. Sepulcrum Deucalionis.

INde Iouis Olympij templum, quod Ὀλύμπιον, ſiue Ὀλυμπίειον, dictum, à Pauſania memoratur. Τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου Ἀδριανὸς, ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων, τὸν ναὸν ἀνέθηκε. *Iouis Olympij templum Hadrianus, Romanorum Imperator, dedicauit.* Ac initio, vetus erat, à Deucalione ſtructum. Pauſanias poſtea. Τοῦ δὲ Ὀλυμπίου Διὸς Δευκαλίωνα οἰκοδομῆσαι λέγουσι τὸ ἀρχαῖον ἱερόν. *Olympij verò Iouis vetus templum Deucalionem ſtruxiſſe aiunt.* Huic diruto, aut collapſo vetuſtate, nouum hoc Piſiſtratus inde ſuperimpoſuit; qui & fundamenta jecit, operam hîc nauantibus ei Antiſtate, Callæſchro, Antimachide, & Porino, architectis. Vitruuius, in Præfatione lib. VII. *Athenis Antiſtates, & Callæſchros, & Antimachides, & Porinus, architecti, Piſiſtrato, ædem Ioui Olympio facienti, fundamenta conſtituerunt. Poſt mortem autem eius, propter interpellationem reipublicæ, incepta reliquerunt.* Sed, quod, mortuo Piſiſtrato, intermiſſum opus ſcribit, planè errat. Imperfectum quidem id Piſiſtratus moriens reliquit; & hoc Strabo etiam notat, lib. IX. Καὶ αὐτὸ τὸ Ὀλύμπιον, ὅπερ ἡμιτελὲς κατέλιπε τελευτῶν ὁ ἀναθεὶς βασιλεύς. *Et ipſum Iouis Olympij templum, quod ſemiperfectum reliquit moriens rex, qui dedicauerat.* Sed, poſt patrem, filij continuarunt. Certum eſt ex Ariſtotele, Politic. lib. V. cap. XI. Παράδειγμα δὲ τούτου αἵ τε πυραμίδες, αἱ περὶ Αἴγυπτον· καὶ τὸ ἀνάθημα τῶν Κυψελιδῶν· καὶ τοῦ Ὀλυμπίου ἡ οἰκοδόμησις ὑπὸ Πεισιστρατιδῶν. *Huius rei exemplum præbent pyramides, quæ in Aegypto; & donaria Cypſelidarum; tum Olympij exſtructio Piſiſtratidarum.* His ſublatis, & republicâ vindicatâ, diu imperfectum manſit. Quâ de re eſt elegans Plutarchi locus, extremo Solone. Ὡς γὰρ ἡ πόλις τῶν Ἀθηναίων τὸ

Ὀλυμπίειον, οὕτως ἡ Πλάτωνος σοφία τὸν Ἀτλαντικὸν ἐν πολλοῖς καλοῖς μόνον ἔργον ἀτελὲς ἔσχηκεν. *Vt enim vrbs Atheniensium Iouis Olympij fanum, ita Atlanticum sapientia Platonis inter multa egregia opera solum imperfectum habuit.* Dicæarchus, in Descriptione Græciæ, vbi de Athenis agit. Ὀλύμπιον, ἡμιτελὲς μὲν, κατάπληξιν δ' ἔχον τὴν τῆς οἰκοδομήσεως ὑπογραφήν· γενόμενον δ' ἂν βέλτιστον, εἰ συνετελέσθη. *Olympij Iouis fanum, semiperfectum illud quidem, sed structuræ delineatione stuporem incutiens; futurum verò præstantissimum, si perfectum fuisset.* Lucianus, in Icaromenippo. Μετὰ δὲ ἠρώτα, εἴ τις ἔτι λείπεται τῶν ἀπὸ Φειδίου· καὶ, δι' ἣν αἰτίαν ἐλλίποιεν Ἀθηναῖοι τὰ Διάσια τοσούτων ἐτῶν· καὶ, εἰ τὸ Ὀλυμπίειον αὐτοῦ ἐπιτελέσαι διανοοῦνται. *Inde interrogabat, num quis superesset è Phidiæ posteris; &, Diasia cur tam diu Athenienses celebrare neglexissent; &, an non Olympij Iouis templum, quod apud ipsos est, perficere in animo haberent.* Hesychius. Ὀλύμπιον. τοῦτο ἀτελὲς ἔμεινεν Ἀθήνησιν, οἰκοδομούμενον πολλάκις, ἀρχὰς λαβὸν τῆς κατασκευῆς. *Olympium. hoc imperfectum mansit Athenis, sæpe structum, postquam inchoatum esset.* Postea, magno temporis spatio interiecto, Perseus rex ad exstruendum se conuertit. Liuius indicat, vbi de eo agit, lib. XLI. *Magnificentiæ verò in deos vel Iouis Olympij templum Athenis, vnum in terris inchoatum pro magnitudine dei, potest testis esse.* Ac, sub idem omnino tempus, manum admouit Antiochus Epiphanes, Cossutio architecto vsus. Vitruuius, loco citato. *Itaque circiter annis* CC *post Antiochus rex, cum in id opus impensam esset pollicitus, cellæ magnitudinem, & columnarum circa dipteron collocationem, epistyliorum, & cæterorum ornamentorum, ad symmetriarum distributionem, magnâ solertiâ,*

lertiâ, ſcientiaque ſumma, ciuis Romanus Coſſutius nobiliter eſt architectatus. Sed in verbis illis mendum eſt; nam à Piſiſtrato, ad Antiochum, anni ſunt circiter quadringenti: itaque reſcribe, *annis* CD *poſt.* Ac de Coſſutio, iterum mox ſubiungit Vitruuius. *In aſty verò Iouem Olympium, amplo modulorum comparatu, Corinthijs ſymmetrijs, & proportionibus, vti ſupra ſcriptum eſt, architectandum Coſſutius ſuſcepiſſe memoratur.* Antiochi factum, etiam Velleius refert, lib. I. *Per idem tempus, cum Antiochus Epiphanes, qui Athenis Olympiéum inchoauit, tum regem Syriæ Ptolemæum puerum Alexandriæ obſideret, miſſus eſt ad eum legatus, Marcus Popillius Lenas, qui iuberet incepto deſiſtere.* Et innuit Athenæus, de eo verba faciens, lib. V. Ἐν δὲ ταῖς πρὸς τὰς πόλεις θυσίαις, καὶ ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς, πάντας ὑπερέβαλλε τοὺς βεβασιλευκότας. τοῦτο δ᾽ ἄν τις τεκμήραιτο ἐκ τοῦ παρ᾽ Ἀθηναίοις Ὀλυμπίου. *In ſacrificiis verò erga vrbes, & in honoribus erga deos, omnes ante ſe reges ſuperauit. eiuſq́; rei indubitatum indicium eſſe cuipiam poſſit Iouis Olympij apud Athenienſes templum.* Sylla, expugnatâ vrbe, deſtruxit in partem; & columnas inde auexit, in Capitolinas ædes. Teſtatur Plinius, lib. XXXVI. cap. VI. *Columnis demum vtebantur in templis; nec lautitiæ cauſa, nondum enim intelligebantur iſtæ; ſed, quia firmius aliter ſtatui non poterant. Sic eſt inchoatum Athenis templum Iouis Olympij, ex quo Sylla Capitolinis ædibus aduexerat columnas.* Inde, æuo Auguſti, & in eius gratiam, varij reges aggreſſi. Suetonius, in eius Vitâ, cap. LX. *Reges amici, atque ſocij, & ſinguli in ſuo quiſque regno, Cæſareas vrbes condiderunt: & cuncti ſimul ædem Iouis Olympici Athenis, antiquitus inchoatam, perficere*

communi ſumptu deſtinauerunt, Genioq́ eius dedicare. Deniq; rurſum Hadrianus Imperator manum adhibuit, perfecitq;, & dedicauit. Pauſanias, in citatis initio huius capitis verbis. Τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου Ἀδριανὸς, ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς, τὸν ναὸν ἀνέθηκε. *Templum Iouis Olympij Hadrianus, Romanorum Imperator, dedicauit.* Spartianus, in eius Vitâ. *Denique, cum poſt Africam Romam rediſſet, ſtatim ad Orientem profectus, per Athenas iter fecit; atque opera, quæ apud Athenienſes cœperat, dedicauit: vt Iouis Olympij ædem, & aram ſibi.* Quin & draconem, ex Indiâ allatum, in eodem conſecrauit. Xiphilinus, item in eiuſdem Vitâ. Ἀδριανὸς δὲ, τό τε Ὀλύμπιον, τὸ ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἵδρυται, ἐξεποίησε· καὶ δράκοντα εἰς αὐτὸ, ἀπὸ Ἰνδίας κομισθέντα, ἀνέθηκε. *Adrianus verò, & Olympium, quod Athenis, perfecit; & draconem quoque in eo, ex Indiâ allatum, conſecrauit.* Quæ totidem verbis Anonymus narrat, in Deſcriptione ſuâ Olympiadum. Facta autem dedicatio Olymp. CCXXVII anno III; vti certum ex Auctore illo Anonymo, jam citato; qui in eo ipſo anno clarè annotat. Inter dedicandum verò, cum ſacra faceret, hymnum accinere Polemonem juſſit. Philoſtratus, in Polemone, Sophiſt. lib. I. Τὸ δὲ Ἀθήνησιν Ὀλύμπιον, δι' ἑξήκοντα καὶ πεντακοσίων ἐτῶν ἀποτελεσθὲν, καθιερώσας ὁ αὐτοκράτωρ, (Ἀδριανὸς,) ὡς χρόνου μέγα ἀγώνισμα, ἐκέλευσε καὶ τὸν Πολέμωνα ἐφυμνῆσαι τῇ θυσίᾳ. *Olympij verò Iouis templum, quod Athenis, quingentis & ſexaginta annis demum perfectum, cum dedicaret, tanquam magnum temporis certamen, iuſſit Polemonem hymnum accinere ſacrificio.* Sed, in numero annorum, ſanè mendum eſt; nam à primis fundamentis, quæ Piſiſtratus olim iecerat, vſque ad colophonem iſtum, tandem ab Hadriano

impoſi-

impositum, anni sunt plus septingenti: neq; tamen sexaginta. Itaque sic restituendum omnino censeo, δι' ἓξ, ἢ πέντε, ἑπτακοσίων ἐτῶν ἀποτελεσθέν. Dicit autem, ἓξ, ἢ πέντε, quia in anno dedicationis factæ Auctores variant; & in quarto Olympiadis memoratæ, non in tertio, ponit Eusebius Hieronymi: à quo tempore si annos sex & septingentos retro putes, incides in secundum annum Olympiadis quinquagesimæ; qui tyrannidis, à Pisistrato vsurpatæ, est secũdus: quippe is remp. inuasit Olympiadis quinquagesimæ anno primo, vt ostendi nuper, libro *De Fortunâ Athenarum*, cap.x. Habebat verò inter cætera dipteron octastylon. Vitruuius, lib.III. cap.I. *Huius autem exemplar Romæ non est; sed Athenis octastylos (dipteros) est, in templo Iouis Olympij*. Et erat sanè vniuersim permagnificum. Vides in citatis Dicæarchi verbis. Ὀλύμπιον, ἡμιτελὲς μὲν, κατάπληξιν δ' ἔχον τὴν τῆς οἰκοδομήσεως ὑπογραφήν. *Olympij Iouis fanum, semiperfectum illud quidem, sed structuræ delineatione stuporem incutiens*. Liuius ait, vnum interris pro magnitudine dei inchoatum fuisse, lib.XLI. *Iouis Olympij templum Athenis, vnum in terris pro magnitudine dei inchoatum*. Vitruuius de eo, in Proœmio, lib. VII. *Id autem opus non modò vulgo, sed etiam in paucis à magnificentiâ nominatur. nam quatuor locis sunt ædium sacrarum marmoreis operibus ornatæ dispositiones, è quibus propriæ de his nominationes clarissimâ famâ nominantur. quorum excellentiæ, prudentesq; cogitationum apparatus, suspectus habent in deorum sessimonio*. Ea verò eius magnitudo erat, vt in ambitu stadia præterpropter quatuor contineret. Pausanias. Ὁ μὲν δὴ πᾶς περίβολος, σταδίων μάλιστα τεσσάρων ἐστίν. *Ambitus eius vniuersus, est stadiorum circiter*

circiter quatuor. Hinc, cùm cætera templa Athenis ad id tempus ita ædificata eſſent, vt ſe ipſa ſine columnis ſuſtinerent; primum iſtud, quia propter magnitudinem ſtare aliter minimè poſſe crederetur, cum columnis, quæ fulcirent, ſtructum fuit. Eſt hoc ipſum obſeruare apud Plinium, lib. XXXVI. cap. VI. *Columnis demum vtebantur in templis; nec lautitiæ cauſâ, nondum enim intelligebantur iſtæ: ſed, quia firmius aliter ſtatui non poterant. ſic eſt inchoatum Athenis templum Iouis Olympij*. Et impenſam ſcire cupis? Dion Chryſoſtomus tibi dicet, De Regno Orat. II. Οὔκουν οὐδὲ Ἀθηναίους οὕτως, ἔφη, ζηλῶ τῆς δαπάνης, καὶ πολυτελείας, τῆς περὶ τὴν πόλιν, καὶ τὰ ἱερά, ὅσον τῶν ἔργων, ἃ ἔπραξαν οἱ πρότερον· τὸν ἀκινάκην τοῦ Μαρδονίου, πολὺ σεμνότερον καὶ κρεῖττον ἀνάθημα ἔχουσαν, καὶ τὰς Λακώνων ἀσπίδας, καὶ τῶν ἐν Πύλῳ ποτὲ ἁλόντων, ἢ τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως, καὶ τὸ Ὀλύμπιον, ἀπὸ πλειόνων ἢ μυρίων ταλάντων. *Quapropter neque tantum Athenienſes felices puto propter ſumptum, & magnificentiam, circa Vrbem ſuam, ac templa; quantum propter res, præclarè à maioribus ipſorum geſtas: per quas Vrbs Mardonii acinacem conſecuta eſt, donarium præſtantius multo, & auguſtius; & Laconum item clypeos, eorumq; qui in Pylo capti ſunt, quàm aut arcis propylæa, aut Olympium, in quæ decies amplius mille talentorum eſt impenſum.* Ecce, in propylæa arcis, & Olympij Iouis templum, ſupra decem talentorum millia impenſum. Atqui propylæis quidem impenſa tantùm duo millia, & duodecim; vt oſtendo in libro *De Arce*, cap. VII. Ergo, ſi deducas iſta, iam reſtabunt octo millia, quibus ſtructum eſt Olympium. In hoc templo, Iouis ſimulacrum erat, perinſigne, ex ebore, & auro; itidem datum, ac dicatum, ab

Adriano.

Adriano. Pausanias. Τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου Ἀδριανὸς, ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς, τόν τε ναὸν ἀνέθηκε, καὶ τὸ ἄγαλμα, θέας ἄξιον. πεποίηται δὲ ἔκ τε ἐλέφαντος, καὶ χρυσοῦ· καὶ ἔχει τέχνης, πρὸς τὸ μέγεθος ὁρῶσιν. *Olympii Iouis templum Adrianus, Romanorum Imperator, dedicauit; & ſimulacrum, ſpectatu dignum. eſt autem ex ebore, & auro; ac, ſi magnitudinem ſpectes, fabrè factum.* Quatuor ibidem ſtatuæ Adriani; quarum duæ, è lapide Thaſio: duæ cæteræ, ex Ægyptio. Pauſanias. Ἐνταῦθα εἰκόνες Ἀδριανοῦ· δύο μέν, εἰσι Θασίου λίθου· δύο δὲ, Αἰγυπτίου. *Sunt hîc Adriani ſtatuæ; duæ quidem, è lapide Thaſio; duæ verò, ex Aegyptio.* Ad columnas verò templi, ſimulacra erant ænea vrbium earum, quæ coloniæ Athenienſium cenſebantur. Pauſanias. Χαλκαῖ δ' ἑστᾶσι πρὸ τῶν κιόνων, ἃς Ἀθηναῖοι καλοῦσιν ἀποικίους πόλεις. Et hæc quidem, in ipſo templo; in exteriore ambitu, nulla pars vacabat ſtatuis: & inter has quàm plures aliæ, ab omnibus Vrbibus Adriano collocatæ: quas ſuperabant Athenienſes, qui coloſſum ponè templum conſtituerant. Pauſanias. Ὁ μὲν δὴ πᾶς περίβολος, σταδίων μάλιστα τεσσάρων ἐστὶν, ἀνδριάντων δὲ πλήρης· ἀπὸ γὰρ πόλεως ἑκάστης εἰκὼν Ἀδριανοῦ βασιλέως ἀνάκειται· καὶ σφᾶς ὑπερεβάλλοντο Ἀθηναῖοι, τὸν κολοσσὸν ἀναθέντες ὄπισθε τοῦ ναοῦ, θέας ἄξιον. *Ambitus eius vniuerſus, eſt ſtadiorum circiter quatuor; & quidem plenus ſtatuarum. quippe illic Adriani viſuntur, à ſingulis vrbibus collocatæ; quas vicere Athenienſes, poſito coloſſo retrò templum, digno viſu.* Neque tantum ſtatuæ erant Adriani, ſed & ara. Spartianus, in eius Vitâ. *Opera, quæ apud Athenienſes cœperat, dedicauit; vt Iouis Olympij ædem, & aram ſibi.* Iouis quoq; æneum illic ſimulacrum; & ſacellum Saturni, ac Rheæ Olympiæ. Pauſanias. Ἔστι

ἦ δ' ἀρχαῖα ἐν τῷ περιβόλῳ, Ζεὺς χαλκοῦς, καὶ ναὸς Κρόνου, καὶ Ῥέας τέμενος, τὴν ἐπίκλησιν Ὀλυμπίας. *Sunt autem vetera in septo, Iupiter ex ære; fanumq; Saturni, & delubrum Rheæ, cognomento Olympiæ.* Ac Rheæ quidem, seu Telluris, nam est eadem dea vtraque, meminit etiam Plutarchus, qui Antiopæ item cippum iuxta ponit. Verba ista, in Vitâ Thesei. Ἔνιοι δέ φασι, μετὰ Θησέως μαχομένην, (τὴν Ἀντιόπην,) πεσεῖν τὴν ἄνθρωπον, ὑπὸ Μολπαδίας ἀκοντισθεῖσαν· καὶ τὴν στήλην, τὴν παρὰ τὸ τῆς Γῆς τῆς Ὀλυμπίας ἱερὸν, ἐπὶ ταύτῃ κεῖσθαι. *Quidam verò dicunt, cum Theseo pugnantem Antiopam, cecidisse, à Molpadiâ iaculo percussam; ac cippum illum, qui est iuxta Telluris Olympiæ delubrum, memoriæ eius positum esse.* Iouis verò simulacrum, istud fuerit, in cuius basi expressa pugna Atheniensium cum Amazonibus. Meminit Pausanias. Γραφαὶ δέ εἰσι, πρὸς Ἀμαζόνας Ἀθηναῖοι μαχόμενοι. πεποίηται δὲ σφίσιν ὁ πόλεμος οὗτος καὶ τῆς Ἀθηνᾶς ἐπὶ τῇ ἀσπίδι, καὶ τοῦ Ὀλυμπίου Διὸς ἐπὶ τῷ βάθρῳ. *Picturæ sunt, cum Amazonibus dimicantes Athenienses. estq; hoc bellum expressum illis in Mineruæ quoque clypeo, & Olympij Iouis basi.* Diductum quoque ibidem solum, ad cubiti instar; quà, diluuio Deucalionis, defluxisse aquam memorant: vnde in hiatum illum singulis annis polentam è melle, & triticeâ farinâ, porricere solent. Pausanias. Ἐνταῦθα ὅσον ἐς πῆχυν τὸ ἔδαφος διέστηκε· καὶ λέγουσι, μετὰ τὴν ἐπομβρίαν, τὴν ἐπὶ Δευκαλίωνος συμβᾶσαν, ὑπορρυῆναι ταύτῃ τὸ ὕδωρ. ἐσβάλλουσί τε ἐς αὐτὸ ἀνὰ πᾶν ἔτος ἄλφιτα πυρῶν, μέλιτι μίξαντες. *Ibi, ad cubiti instar, diducta est terra; ac ferunt, post diluuium, quod sub Deucalione accidit, aquam illuc defluxisse: inijciuntq; in hunc hiatum annis singulis farinas tritici, melle mixtas.* Et Isocratis.

cratis illic ſtatua ſpectabatur, in columnâ. Pauſanias. Κεῖται δὲ ἐπὶ κίονος Ἰσοκράτους ἀνδριάς. *Et Iſocratis ibi eſt ſtatua, columnæ impoſita.* Atque hæc quidem ex ære erat, ab Aphareo collocata, filio eius adoptiuo. Plutarchus, in eius Vitâ, lib. De x. Rhet. Ἔπειτα Πλαθάνην, τὴν Ἱππίου τοῦ ῥήτορος, γυναῖκα ἠγάγετο, τρεῖς παῖδας ἔχουσαν· ὧν τὸν Ἀφαρέα, ὡς προείρηται, ἐποιήσατο· ὃς καὶ εἰκόνα αὐτοῦ χαλκῆν ἀνέθηκε πρὸς τῷ Ὀλυμπίῳ, ἐπὶ κίονος, καὶ ἐπέγραψε·

> Ἰσοκράτους Ἀφαρεὺς πατρὸς εἰκόνα τήνδ᾽ ἀνέθηκε
> Ζηνί, θεούς τε σέβων, καὶ γονέων ἀρετήν.

Inde Plathanen, Hippiæ oratoris filiam, vxorem duxit, tres filios habentem; quorum Aphareum, vt iam dixi, adoptauit: isq́ue ſtatuam ei æneam poſuit, in columnâ; & inſcripſit,

> *Iſocratis Aphareus patris ſtatuam hanc dedicauit*
> *Ioui, deos venerans, & parentum virtutem.*

Item Perſæ ſpectabantur, è marmore Phrygio, tripodem æneum ſuſtinentes. Pauſanias. Κεῖνται δὲ λίθου Φρυγίου Πέρσαι, χαλκοῦν τρίποδα ἀνέχοντες· θέας ἄξιοι καὶ αὐτοί, καὶ ὁ τρίπους. *Sunt & è lapide Phrygio Perſæ, æneum tripodem ſuſtinentes; digni viſu & ipſi, & tripos.* Iuxta etiam, Morychia domus. Plato, in initio Phædri. Ναί, παρ᾽ Ἐπικράτει, ἐν τῇδε τῇ πλησίον τοῦ Ὀλυμπίου οἰκίᾳ τῇ Μορυχίᾳ. *Certè, apud Epicratem, in domo Morychiâ, quæ eſt prope fanum Iouis Olympij.* Item Charmidæ. Andocides, in Orat. Περὶ μυστηρίων. Αὕτη ἐμήνυσεν, ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ Χαρμίδου, τῇ παρὰ τὸ Ὀλύμπιον, μυστήρια ποιεῖν Ἀλκιβιάδην. *Hæc indicauit, Alcibiadem, myſteria peragere in domo Charmidæ, quæ eſt iuxta Iouis Olympij templum.* Et ſepulcrum Deu-

calionis. Pausanias. Σημεῖα ἀποφαίνοντες, ὡς Δευκαλίων Ἀθήνησιν ᾤκησε, τάφον, τοῦ ναοῦ (τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου) τοῦ νῦν οὐ πολὺ ἀφεστηκότα. *Signum ostendentes, habitasse olim Athenis Deucalionem, sepulcrum eius; non longè à templo, (Iouis Olympii,) quod nunc exstat.* Meminitque huius Strabo, lib. IX. Ἐν δὲ τῷ Κύνῳ, Δευκαλίωνά φασιν οἰκῆσαι· καὶ τῆς Πύῤῥας αὐτόθι δείκνυται σῆμα· τοῦ δὲ Δευκαλίωνος, Ἀθήνησι. *Cyni verò, habitasse Deucalionem ferunt; & Pyrrhæ ibidem sepulcrum ostenditur; sed Deucalionis, Athenis.*

IOANNIS MEVRSI

ATHENARVM ATTICARVM

LIBER II.

CAP. I.

Apollinis Pythij, simulacrum; Delphinij, templum: vt & Delphiniæ Dianæ, ab Aegeo structum; cuius ibi quondam domus. Mercurij ante illud signum; ἐν Αἰγέως πύλαις dictum. Alij tradunt, à Cretensibus dedicatum; qui seruati è tempestate ab Apolline, in delphinem transformato. Poculum ibi effusum, cum veneno, Theseo præparatum ab Aegeo. Tripos, à Thalete dedicatus huic deo; qui & apud Aeginetas colebatur: apud quos & mensis, Δελφίνιος dictus. Κῆποι, locus; vbi Veneris τῆς Οὐρανίας templum: & signum, Alcamenis opus.

PROPE Olympij Iouis templum, simulacrum Pythij Apollinis, & Delphinij ædes erat; quæ cum ad fastigium jam perducta esset, ferunt Theseum, necdum cognitum, pallâ talari indutum, plexaque eleganter comâ, venisse in Vrbem: vtq; primùm ad Delphinij accessisset, ab his, qui fastigium templi erigebant, per ludibrium rogatum, quid ita sola virgo nubilis oberra-

 ret:

ret: illum verò nihil planè respondisse; sed, disiunctis plaustri bubus, quod tunc illo in loco erat, acceptam trabem laquearis altius, quàm culmen erat, quod statuerant, proiecisse. Pausanias. Μετὰ δὲ τὸν ναὸν τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, πλησίον ἄγαλμά ἐστιν Ἀπόλλωνος Πυθίου. ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἱερὸν, Ἀπόλλωνος, ἐπίκλησιν Δελφινίου. λέγουσι δὲ, ὡς, ἐξεργασμένου τοῦ ναοῦ πλὴν τῆς ὀροφῆς, ἀγνὼς ἔτι τοῖς πᾶσιν ἀφίκοιτο Θησεὺς ἐς τὴν πόλιν. οἷα δὲ χιτῶνα ἔχοντος αὐτοῦ ποδήρη, καὶ πεπλεγμένης εὐπρεπῶς οἱ τῆς κόμης, ὡς ἐγίνετο κατὰ τὸν τοῦ Δελφινίου ναὸν, οἱ τὴν στέγην οἰκοδομοῦντες ἤροντο σὺν χλευασίᾳ, ὅτι δὴ παρθένος ἐν ὥρᾳ γάμου πλανᾶται μόνη. Θησεὺς δὲ, ἄλλο μὲν αὐτοῖς ἐδήλωσεν οὐδέν· ἀπολύσας δὲ, ὡς λέγεται, τῆς ἁμάξης τοὺς βοῦς, ἣ σφίσι παρῆν, τὸν ὄροφον ἀνέρριψεν ἐς ὑψηλότερον, ἢ τῷ ναῷ τὴν στέγην ἐποιοῦντο. *Post Olympij Iouis templum, in propinquo est Apollinis Pythii signum; item aliud templum, Apollinis, cognomento Delphinii. Aiunt verò, cum exstructum illud esset, præter tectum, ignotum adhuc omnibus Theseum Vrbem intrasse; cùm autem, veste talari indutus, & decenter plexâ comâ, ad Delphinii vsque templum peruenisset, qui ædificabant tectum, interrogasse, quid ætate nubili virgo ita sola oberraret: ipsum verò, nihil aliud respondisse: sed, solutis plaustri bubus, quod tunc aderat, trabem arreptam laquearis altius multo proiecisse, quàm illi templi tectum facerent.* Nec Delphinio tantùm Apollini, sed & Dianæ Delphiniæ sacra ædes; & tribunal illic erat, ἐπὶ Δελφινίῳ dictum. Pollux, lib. VIII. cap. X. Τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ (δικαστήριον) ἱδρύθη μὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως· λέγεται δὲ Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ, καὶ Ἀρτέμιδι Δελφινίᾳ. *Quod in Delphinio, (tribunal,) constitutum quidem ab Aegeo, dedicatum verò fertur Apollini Delphinio, & Dianæ Delphiniæ,*

Sed

Sed de tribunali isto pridem in *Areopago* dixi; nunc de templo porrò agamus. Et Apollinis hoc fuisse, dicit etiam Scholiastes Aristophanis, ad Equites. Δελφίνιον δὲ, ἱερὸν Ἀπόλλωνος Ἀθήνησιν, οὕτω καλούμενον. *Delphinium verò, templum Apollinis est Athenis, ita dictum.* Dedicatum id ab Ægeo, Thesei patre. Ecce in Pollucis verbis. Ἱδρύθη μὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως. *Constitutum quidem ab Aegeo.* Nam is ibi habitabat; vnde & Mercurij signum, ante templum ad orientem collocatum, Ἑρμῆς ἐπ' Αἰγέως πύλαις dicebatur: effusumq; illic poculum cum veneno, quod Medeæ suasu Ægeus Theseo hospiti præparauerat. Plutarchus, in Vitâ Thesei. Λέγεται δὲ, τῆς κύλικος πεσούσης, ἐκχυθῆναι τὸ φάρμακον, ὅπου νῦν ἐν Δελφινίῳ τὸ περίφρακτόν ἐστιν. ἐνταῦθα γὰρ ὁ Αἰγεὺς ᾤκει· καὶ τὸν Ἑρμῆν, τὸν πρὸς ἕω τοῦ ἱεροῦ, καλοῦσιν ΕΠ' ΑΙΓΕΩΣ ΠΥΛΑΙΣ. *Fertur verò, lapso calice, effusum fuisse venenum, vbi nunc in Delphinio septum exstat. ibi enim Aegeus habitabat; & Mercurium, qui est ad orientem fani, nuncupant* AD ÆGEI PORTAM. Alij volunt, à Cretensibus dedicatum; qui seruati è tempestate, & in Atticam delati, ab Apolline, sub delphinis piscis specie. Etymologici Auctor, in Ἐπὶ Δελφινίῳ. Οἱ δέ φασιν, ὅτι, Κρητῶν χειμαζομένων, εἰκασθεὶς δελφῖνι ὁ Ἀπόλλων, ἔσωσε αὐτοὺς, εἰς τὴν Ἀττικὴν κομίσας. ἀνθ' ὧν Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ ἱδρύθη ἱερόν. *Hi verò aiunt, quod Cretenses, tempestate iactatos, delphinis specie seruârit Apollo, & in Atticam deduxerit; eâq; de causâ Apollini Delphinio templum dedicatum esse.* Apollini verò huic Delphinio posteà Theseus profligatum à se taurum Marathonium immolauit. Plutarchus, in citatâ statim Vitâ Thesei. Ὁ δὲ Θησεὺς, ἐνεργὸς εἶναι βουλόμενος,

ἅμα

ἅμα δὲ καὶ δημαγωγῶν, ἐξῆλθεν ἐπὶ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον, οὐκ ὀλίγα πράγματα τοῖς οἰκοῦσι τὴν Τετράπολιν παρέχοντα· καὶ χειρωσάμενος, ἐπεδείξατο ζῶντα, διὰ τοῦ ἄστεος ἐλάσας· εἶτα τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δελφινίῳ κατέθυσεν. *Theseus autem, in opere aliquo esse cupiens, gratiamq́ue populi captans, egressus est contra Marathonium taurum, non parum negotii facessentem iis omnibus, qui Tetrapolin habitabant; eumq́ue superatum, viuum exhibuit, per Vrbem agitans: inde etiam Apollini Delphinio immolauit.* Thales quoque tripodem illum, tanto opere celebratum, Apollini huic dedicauit, cum inscriptione istâ. Θαλῆς Ἐξαμίου Μιλήσιος Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ Ἑλλήνων ἀριστεῖον δὶς λαβών. *Thales Examij Milesius Apollini Delphinio Græcorum præmium bis nactus.* Videndus est Diogenes Laërtius, in eius Vitâ, lib. I. Vt verò Athenis, ita quoque in Æginâ, quæ colonia Atheniensium, deus ille eodem cognomento cultus; & Δελφίνιος item mensis appellatus. Scholiastes Pindari, Nem. Od. V. Παρ' Αἰγινήταις Δελφίνιος μεὶς ἄγεται, Δελφινίου Ἀπόλλωνος ἱερός. *Apud Aeginetas est mensis Delphinius, Apollini Delphinio sacer.* Proximè templum hoc Apollinis, Κῆποι erant; vbi templum Veneris τῆς Οὐρανίας: iuxta quoque simulacrum, figura quadratâ, ceu Mercurij istud esset, Alcamenis opus. Pausanias. Ἐς δὲ τὸ χωρίον, ὃ Κήπους ὀνομάζουσι, καὶ τὸν Ἀφροδίτης τὸν ναὸν, οὐδεὶς λεγόμενος σφίσιν ἐστὶ λόγος. οὐ μὴν οὐδὲ ἐς τὴν Ἀφροδίτην, ἣ τοῦ ναοῦ πλησίον ἕστηκε· ταύτης γὰρ σχῆμα μὲν τετράγωνον, κατὰ ταὐτὰ καὶ τοῖς Ἑρμαῖς· τὸ δὲ ἐπίγραμμα σημαίνει, τὴν Οὐρανίαν Ἀφροδίτην τῶν καλουμένων Μοιρῶν εἶναι τὴν πρεσβυτάτην. τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Ἀφροδίτης ἐν τοῖς Κήποις, ἔργον ἐστὶν Ἀλκαμένους, καὶ τῶν Ἀθήνησιν ἐν ὀλίγοις θέας ἄξιον. *De loco verò, quem Hortos vocant,*

vocant, & Veneris fano, nihil est, quod in ſermone ipſi ferant; vti nec de Veneris ſigno, quod adſiſtit. nam quadrata quidem eius est figura, planè vt Mercuriorum, verùm indicat inſcriptio, Venerem eſſe; earum, quæ vocantur Parcæ, natu maximam. Sed id Veneris ſimulacrum, quod in Hortis, ab Alcamene factum est; inter ea, quæ Athenis memorantur, viſu dignum. Meminitq; Plinius, lib. XXXVI. cap. VI. *Alcamenem Athenienſem, quod certum est, docuit (Phidias) in primis nobilem; cuius ſunt opera Athenis complura in ædibus ſacris: præclaraq; Venus extra muros, quæ appellatur* Ἀφροδίτη ἐν Κήποις. Lucianus, in Imaginibus. Σὺ δὲ (ταύτην γὰρ, ὡς φῄς, εἶδες) ἴθι μοι, καὶ τόδε ἀπόκριναι, εἰ καὶ (τὴν Ἀφροδίτην) τὴν ἐν Κήποις Ἀθήνησι, τὴν Ἀλκαμένους, ἑώρακας. *Tu verò, (nam vidiſti, vti inquis,) age, & hoc mihi reſponde, nunquid etiam Venerem illam Athenis, quæ in Hortis est, ab Alcamene facta, conſpexiſti?* Meminitque rurſum poſtea, ſemel atque iterum; vti & in Meretricijs, in Dialogo Matris, & Muſarij.

CAP. II.

Κυνόσαργες. Diomi ſacrificium. Canis factum. Suidas emendatus. Herculis fanum; in quo, ad columnam quandam, appenſum decretum Alcibiadis. Ara Herculis, à Diomo ſtructa; item Hebes, Alcumenæ, & Iolai. Gymnaſium; vnde ſi quis furto quicquam abſtuliſſet, cuius pretium drachmas decem ſuperaret, capitis pœnâ plectebatur. Nothi omnes conuenire illic ſoliti; qui expoſiti ibi loci, & dijudicati etiam, pariter ſanè ac liberti. Sed hæc diſcernendi ratio mox ſublata à Themiſtocle. In propinquo, porta Vrbis; Cynicaq́ illic ſecta inſtituta. Incenſum totum à Philippo, Macedonum rege, cum vicinis monumentis; inter quæ Iſocratis erant, quiq́ ei genere proximi.

HINC Κυνόσαργες memoratur, cui à cane albo nomen; qui, faciente ſacra Diomo, hoſtiæ partem abripuit. Euſtathius, ad Iliad. β'. Κυνόσαργες, χωρίον, οὕτω κληθὲν ἀπὸ κυνὸς λευκοῦ, ὃς, θύματι ἀφαρπάσαντος, καὶ ἐκδεδραμόντος ἐκεῖ. *Cynoſarges, locus, ita dictus à cane albo, qui, abreptâ victimæ parte, huc excurrit.* Mendum eſt apud Suidam. Κυνόσαργες, τόπος τίς ἐστι παρ' Ἀθηναίοις, καὶ ἱερὸν Ἡρακλέους, κατ' αἰτίαν τοιαύτην· Δίδυμος ὁ Ἀθηναῖος ἔθυεν ἐν τῇ ἑστίᾳ· εἶτα κύων λευκὸς παρὼν, ἥρπασε τὸ ἱερεῖον· καὶ ἀπελθὼν, εἴς τινα τόπον ἀπέθετο. *Cynoſarges, eſt locus quidam apud Athenienſes; & Herculis fanum, ob talem cauſam. Didymus Athenienſis ſacrificabat in foco, caniſq́ albus, qui*

aderat,

aderat, hostiam abripuit; ac discedens, in loco quodam deposuit. Rescribo. Διόμος ὁ Ἀθηναῖος ἔθυε τῇ Ἑστίᾳ. *Diomus Atheniensis sacra faciebat Vestæ.* Stephani quoq; hâc in re corrupta verba, mutilaq;. Δίομος Ἡρακλεῖ ὡς θεῷ θύων, τὰ * ξενώσων ἱερὰ Ἡρακλεῖ ἥρωι ἔδειξε· καὶ κύων λευκὸς, ἁρπάζας τὰ μηρία, εἰς τοῦτο τὸ χωρίον ἤνεγκεν. *Diomus, Herculi sacrificans, tanquam deo, * sacra Herculi heroi ostendit: & canis albus, cum arripuisset coxam, in hunc locum asportauit.* Hesychius. Κυνόσαργες, τόπος ἱερός· ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. Διόμου, φασὶ, θύοντος Ἡρακλεῖ, κύων, ἁρπάσας τὰ μηρία, ἔφυγε διωκόμενος. ἐκλήθη δὲ ὁ τόπος οὕτως, ἀπὸ τῆς λευκότητος τοῦ κυνὸς, ἢ τοῦ τάχους. *Cynosarges, locus sacer; appellatus ab hâc causâ. Diomo, aiunt, Herculi sacra faciente, canis, coxâ abreptâ, cum persequerentur ipsum, cursu aufugit. Locus verò ita dictus ab albedine, vel celeritate, canis.* Vlpianus, in Timocrateam. Τὸ δὲ Κυνόσαργες (ἐκλήθη) ἐκ τοῦ ποτε θύοντος (τοῦ Διόμου) τῷ Ἡρακλεῖ, κύνα λευκὸν ἁρπάξαι τὰ μηρία τοῦ ἱερείου, καὶ ἀποθέσθαι αὐτὰ εἰς τὸν τόπον τοῦτον, ἔνθα ἐστὶ τὸ γυμνάσιον. *Cynosarges autem, (appellatum est) ex eo, quod, sacra olim faciente (Diomo) Herculi, canis albus hostiæ coxam abripuerit, deposueritq; ibi, vbi nunc gymnasium exstat.* Canis factum breuiter attingit etiam Pausanias. Ἔστι δὲ Ἡρακλέους ἱερὸν, καλούμενον Κυνόσαργες. καὶ τὰ μὲν ἐς τὴν κύνα εἰδέναι τὴν λευκὴν ἐπιλεξαμένοις ἐστὶ τὸν χρησμόν. *Est delubrum quoque Herculis, Cynosarges appellatum; ac, quæ de cane albo feruntur, scire possunt, qui oraculum legerunt.* Et obserua, Herculis ibi fanum fuisse. Meminit eius etiam Herodotus, lib. v. Καὶ Ἀγχιμολίου εἰσὶ ταφαὶ τῆς Ἀττικῆς Ἀλωπεκῆσι, ἀγχοῦ τοῦ Ἡρακληΐου, τοῦ ἐν Κυνοσάργει. *Et sepulcrum Anchemolij*

chemolij est in Attica Alopecis, prope Herculis delubrum, quod in Cynosarge exstat. Liuius, lib. XXXI. *Philippus, signo receptui dato, castra ad Cynosarges, (templum Herculis, gymnasiumq́, & lucus erat circumiectus,) posuit.* Harpocration, in Ἡράκλεια. Πολλῶν ὄντων τῶν κατὰ τὴν Ἀττικὴν Ἡρακλείων, νῦν ἂν ὁ Δημοσθένης μνημονεύοι τῶν ἐν Μαραθῶνι, ἢ τῶν ἐν Κυνοσάργει. *Cum multa sint in Atticâ fana Herculis, nunc meminit Demosthenes eorum, quæ in Marathone, aut Cynosarge.* In eo templo, ad columnam quandam, appensum erat decretum quoddam Alcibiadis. Athenæus memorat, lib. VI. Ἐν Κυνοσάργει μὲν, ἐν τῷ Ἡρακλείῳ, στήλη τίς ἐστιν· ἐν ᾗ ψήφισμα μὲν, Ἀλκιβιάδου· γραμματεὺς δὲ, Στέφανος ὁ Θουκυδίδου. *In Cynosarge quidem, in templo Herculis, columna quædam est; & in eâ decretum, Alcibiadis; scriba autem, Stephanus Thucydidis.* Herculis autem vti templum, ita quoque ara erat; item Hebes, Alcmenæque, & Iolai. Pausanias subiungit. Βωμοὶ δέ εἰσιν Ἡρακλέους τε, καὶ Ἥβης· ἣν, Διὸς παῖδα οὖσαν, συνοικεῖν Ἡρακλεῖ νομίζουσιν. Ἀλκμήνης τε βωμὸς, καὶ Ἰολάου, πεποίηται· ὃς τὰ πολλὰ Ἡρακλεῖ συνεπόνησε τῶν ἔργων. *Aræ verò sunt & Herculis, & Hebes; quam, cùm Iouis sit filia, Herculi nuptam existimant. Alcmenæ quoque ara structa est, & Iolao; qui multorum Herculi laborum socius fuit.* Ac Herculis quidem aram istam iussu oraculi à Diomo structam refert Suidas. Ὁ δὲ (Δίομος) περιδεὴς ἦν. ἔχρησε δὲ αὐτῷ ὁ θεὸς, ὅτι εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, οὗ τὸ ἱερεῖον ἀπέθετο, βωμὸν ὀφείλοι ἱδρύσασθαι. *Metu verò (Diomus) perculsus erat; & oraculum ei deus dedit, vt, quo loco hostiam deposuisset, aram exstrueret.* Iolai aram, respexit idem Suidas alibi, cùm inquit. Ἰόλαος, ἥρως τις, τιμώμενος παρ' Ἀθηναίοις. *Iolaus, heros quidam:*

quidam, honoratus apud Athenienses. Erat porrò & gymnasium, vt videre est apud Stephanum. Κυνόσαργες, γυμνάσιον ἐν τῇ Ἀττικῇ. *Cynosarges, gymnasium in Atticâ.* Et in citatis Liuij verbis. *Cynosarges, templum Herculis, gymnasiumq́.* Plutarchus, in Themistocle, vbi de eo verba facit. Τοῦτο δ' ἐστὶν ἔξω πυλῶν γυμνάσιον. *Est autem hoc extra portam gymnasium.* Diogenes Laërtius, in Antisthene, lib. VI. Διελέγετο δ' ἐν τῷ Κυνοσάργει γυμνασίῳ, μικρὸν ἄπωθεν τῶν πυλῶν. *Differebat verò in gymnasio Cynosargi, non longè à porta.* Et qui quicquam inde cuiquam furto abducerent, pretio supra drachmas decem, ij capite plectebantur; idq; è Solonis lege. Demosthenes, Orat. in Timocratem. Εἴ τις ἐκ Κυνοσάργους ἱμάτιον, ἢ ληκύθιον, ἢ ἄλλό τι φαυλότατον, ἢ τῶν σκευῶν τι τῶν ἐκ τῶν γυμνασίων ὑφέλοιτο, ὑπὲρ δέκα δραχμὰς, καὶ τούτοις θάνατον ἐνομοθέτησεν (ὁ Σόλων) εἶναι τὴν ζημίαν. *Si quis è Cynosargi vestem, aut lagunculam, aut aliud quicquam minimi pretij, aut vasculum aliquod è gymnasijs, surripuerit, supra decem drachmas, etiam his pœnam mortis (Solon) constituit.* Ac conueniebant isthuc nothi, exercitij causa. Suidas, in Κυνόσαργες. Ἐπειδὴ οὖν ὁ Ἡρακλῆς δοκεῖ νόθος εἶναι, διὰ τοῦτο ἐκεῖ οἱ νόθοι ἐγυμνάζοντο. *Quia Hercules nothus esse existimatur, ideo nothi ibi loci exercebantur.* Et obserua ibi causam; quia nempe Hercules nothus. Quin discernebantur ibidem. Nonnus Monachus, in Collect. Hist. in Gregorij Nazianzeni στηλιτευτικὴν priorem, cap. LX. Κυνόσαργες, τόπος ἦν Ἀθήναις, ἐν ᾧ καὶ οἱ νόθοι ἐκρίνοντο, εἰ τοῦ δέ τις ὄντως γέγονεν υἱός. *Cynosarges, locus Athenis, vbi nothi iudicabantur, an cuiuspiam aliquis verè filius esset.* Videndus etiam Diogenianus, Cent. V. Proverb. XCIV. Hinc Demosthenes, Orat. in Aristocra-

tem. Ἀλλ' εἰς τοὺς νόθους ἐκεῖ συντελεῖ, καθάπερ ποτὲ ἐνθάδε εἰς Κυνόσαργες οἱ νόθοι. *Sed inter nothos ibi censetur, quemadmodum olim hîc in Cynosarge nothi.* Plutarchus, in Erotico. Τοῦτο τὸ πάθος δεῖ καλεῖν ἔρωτα θῆλυν, καὶ νόθον, ὥσπερ εἰς Κυνόσαργες συντελοῦντα. *Hunc affectum appellare oportet amorem effœminatum, ac nothum, & ad Cynosarges pertinentem.* Etiam illic deponebantur. Gregorius Nazianzenus, in Iulianum Orat. I. Τἄλλα δ' ἀπερρίφθαι εἰς τὸ Κυνόσαργες, ὥσπερ τὸ πάλαι τοὺς νόθους. *Reliqua autem abijciantur in Cynosarges, sicut olim nothis factum.* Ioannes Tzetzes, Chil. XIII. cap. CCCCLXXXIX.

Ἔρριπτον εἰς Κυνόσαργες. τόπος δ' Ἀθήναις τοῦτο,
Οὗ καὶ τοὺς νόθους ἔρριπτον τοῖς χρόνοις τοῖς προτέροις.
Abijciebant in Cynosarges; locus autem hic Athenis,
Vbi nothos abijciebant temporibus superioribus.

Videndus etiam Apostolius Cent. VII. Prouerb. LXIX. Pari verò conditione cum nothis & liberti habiti; itaque etiam illi huc conueniebant, itidem censendi, an plena ipsis libertas esset. Nonnus, loco iam citato. Ἐκάλουν δὲ παρὰ Ἀθηναίοις καὶ τοὺς ἀπελευθέρους νόθους. νόθοι γὰρ καὶ οὗτοι πρὸς τοὺς ἐκ γενετῆς ἐλευθέρους· οὗτοι δὲ ἐκρίνοντο, καὶ ἐδοκιμάζοντο, εἰ ὅλως ἐλευθερώθησαν. *Apud Athenienses verò etiam libertos vocabant nothos, cum ingenuis comparatos. Censebantur autem, & explorabantur, an omnino libertate donati essent.* Et communi etiam illic exercitio vtebantur. Inde intelligendus Dion Chrysostomus, Orat. XV. quæ est, Περὶ δουλείας, καὶ ἐλευθερίας. Τί οὖν, εἶπε, κατὰ τοῦτο κωλύει με ἐν Κυνοσάργει ἀλείφεσθαι μετὰ τῶν νόθων, εἴπερ καὶ μητρὸς ἐλευθέρας, ἴσως, ἢ καὶ ἀστῆς, τυγχάνω γεγονώς· καὶ πατρὸς, οὗ σὺ φῇς; *Quid ergo, inquit, secundùm hoc prohibet me in Cynosarge vngi*

cum

cum nothis, ſiquidem & matre libera, ac fortaſſe etiam ciue, & parente, quo tu dicis, ſum prognatus? Sed diſcrimen hoc nothorum, & ingenuorum, à Themiſtocle eſt ſublatum. Plutarchus, ſtatim in initio Vitæ eius. Καὶ τῶν νόθων, εἰς Κυνόσαργες συντελούντων, (τοῦτο δ' ἐστὶν ἔξω πυλῶν γυμνάσιον Ἡρακλέους, ἐπεὶ κἀκεῖνος οὐκ ἦν γνήσιος ἐν θεοῖς, ἀλλ' ἐνείχετο νοθείᾳ, διὰ τὴν μητέρα, θνητὴν οὖσαν.) ἔπειθέ τινας ὁ Θεμιστοκλῆς τῶν εὖ γεγονότων νεανίσκων, καταβαίνοντας εἰς Κυνόσαργες, ἀλείφεσθαι μετ' αὐτοῦ· καὶ, τούτου γινομένου, δοκεῖ πανούργως τὸν τῶν νόθων καὶ γνησίων διορισμὸν ἀνελεῖν. *Cùm nothi in Cynoſarges conuenirent, (quod gymnaſium Herculis eſt extra portam, ſiquidem nec ille ingenuus inter deos, verùm nothus, ceu mortali matre natus,) induxit Themiſtocles iuuenes quoſdam, nobili familiâ ortos, vt, comitati in Cynoſarges, vnà ſecum vngerentur: &, hoc facto, callidè nothorum atque ingenuorum diſcrimen ſuſtuliſſe videtur.* Erat autem, vt in citatis his Plutarchi etiam verbis obſeruamus, extra portam, non longè ab Vrbe; Cynicaq; illic ſecta ab Antiſthene inſtituta. Diogenes Laërtius, in eius Vitâ, lib. VI. Διελέγετο δ' ἐν τῷ Κυνοσάργει γυμνασίῳ, μικρὸν ἄπωθεν τῶν πυλῶν· ὅθεν τινὲς καὶ τὴν Κυνικὴν ἐντεῦθεν ὀνομασθῆναι. *Diſſerebat verò in gymnaſio Cynoſarge, non longè à portâ; vnde quidam Cynicæ ſectæ nomen inde datum volunt.* De ſectâ Cynicâ, ibi loci inſtitutâ, Heſychius Mileſius idem dicit. Κυνικὴ ἐκλήθη φιλοσοφία, διὰ τὸ ἐν Κυνοσάργει τῷ γυμνασίῳ κατάρξασθαι αὐτῆς τὸν Ἀντισθένην. *Cynica philoſophia appellata eſt, quod Antiſthenes in gymnaſio Cynoſarge inſtituerit.* Incenſum fuit vniuerſum à Philippo, Demetrij filio, Macedonum rege. Liuius, libro citato. *Sed & Cynoſarges, & Lyceum, & quicquid ſancti, amœniue,*

circa

circa Vrbem erat, incensum est; dirutaque non tecta solum, sed etiam sepulcra. Vbi obserua, etiam sepulcra dici; nam hæc multa iuxtà erant: in his Isocratis, pluriumque è propinquis. Plutarchus, in eius Vitâ, lib. De x. Rhet. Ἐτάφη δὲ μετὰ τῆς συγγενείας, πλησίον Κυνοσάργους, ἐπὶ τοῦ λόφου ἀριστερᾷ. *Sepultus verò est cum propinquis, iuxta Cynosarges, in sinistrâ collis parte.*

CAP. III.

Lyceum, à quo dictum. Apollinis τοῦ Λυκοκτόνου, *siue* Λυκίου, *templum; eiusque simulacrum, quale. Polemarchorum olim curia. Hesychij error indicatus. Gymnasium, Apollini sacrum; à Pisistrato, siue Pericle, ædificatum: à Lycurgo in maius auctum, & arboribus exornatum. Palæstra; platanus item magna, & aquæductus. Deambulacrum Aristotelis; à quo ipse,* Περιπατητικός; *& discipuli,* Περιπατητικοὶ *appellati. Locus cursus, exercitiumque militum. Lex Solonis, in hos, qui hinc furto aliquid abduxissent, quod superaret drachmas decem. Cœna item agitari ibîdem solita. Panopis fons, qui corruptus ætate Strabonis. Porta Diocharis. Sepulcrum Nisi. Ciceronis in Tusculano gymnasium, eodem nomine nuncupatum; & in villa Tiburtina Hadriani locus quidam. A Philippo rege incenditur; & à Syllâ, excisis arboribus, deuastatur.*

LYCEVM sequebatur, Apollinis templum; à Lyco, Pandionis filio, appellatum. Pausanias. Λύκειον δὲ, ἀπὸ μὲν Λύκου, τοῦ Πανδίονος, ἔχει τὸ ὄνομα· Ἀπόλλω-

Ἀπόλλωνος δὲ ἱερὸν ἐξαρχῆς τε εὐθὺς, καὶ καθ' ἡμᾶς, ἐνομίζετο. *Lyceum verò, à Lyco quidem, Pandionis filio, nomen habet; Apollinis autem templum olim, & nunc, creditum est.* Erat autem Apollini sacrum τῷ Λυκοκλόνῳ. Vlpianus, in Timocrateam. Τὸ δὲ Λύκειον, τοῦ Λυκοκλόνου Ἀπόλλωνος. ἢ, ὅτι Νόμιος ὁ θεὸς νομίζεται, ἐκ τοῦ θητεῦσαι Ἀδμήτῳ· καὶ ἀνάγκη ἦν ἀνελεῖν, ὡς Νόμιον, τοὺς λύκους, τοὺς ἐχθροὺς ὄντας ταῖς ποίμναις· ἢ, ὅτι λύκων ποτὲ ἐπελθόντων τῇ πόλει τῇ τῶν Ἀθηναίων, καὶ πολλοὺς τῶν Ἀθηναίων ἀναιρούντων, ἔχρησεν ὁ θεὸς, θύειν μάλιστα ἐν τῷ τόπῳ. καὶ λοιπὸν ἐκ τῶν ὀσμῶν ἀπώλλυντο οἱ λύκοι. καὶ ἐκ τούτου, χάριν ὁμολογοῦντες οἱ Ἀθηναῖοι τῷ Ἀπόλλωνι, ἱερὸν ἐκεῖσε αὐτοῦ κατεσκεύαντο· καλέσαντες αὐτὸ, Λυκοκλόνου Ἀπόλλωνος. *Lycéum verò, est (templum) Apollinis Lupicidæ; siue quod is deus Pastoralis habeatur, ex eo quod Admeto seruijt; & necesse ei fuit, vt Pastorali, occidere lupos, gregum hostes: siue quod, cum aliquando lupi vrbem Atheniensium inuasissent, & Athenienses multos interficerent, Deus ille oraculo monuerit, vti maximè ibi loci sacrificarent: ac deinceps è nidore lupi planè perierint. Hâc de causâ Athenienses, vt se erga Apollinem gratos exhiberent, ædem ei, Lupicidæ cognomento, illo in loco exstruxerunt.* Alij, quod cum Lycei nomine magis est conueniens, Apollini τῷ Λυκίῳ sacrum fuisse tradunt; eiusq; ibi simulacrum item erat, in columnâ recumbens: sinistrâ manu arcum gerens, dextrâ supra caput refractâ; tanquam deo à multo labore quiescente. Lucianus, De Gymnasijs, ita Solonem loquentem introducens. Ὁ μὲν χῶρος αὐτὸς, ὦ Ἀνάχαρσι, γυμνάσιον ὑφ' ἡμῶν ὀνομάζεται, καὶ ἔστιν ἱερὸν Ἀπόλλωνος τοῦ Λυκίου. καὶ τὸ ἄγαλμα δὲ αὐτοῦ ὁρᾷς, τὸν ἐπὶ τῇ στήλῃ κεκλιμένον· τῇ ἀριστερᾷ μὲν, τὸ τόξον ἔχοντα· ἡ δεξιὰ δὲ, ὑπὲρ

τῆς κεφαλῆς ἀνακεκλασμένη, ὥσπερ ἐκ καμάτου μακροῦ ἀναπαυόμενον δείκνυσι τὸν θεόν. *Locus quidem ipse, ô Anacharsi, gymnasium à nobis appellatur; estq́; templum Apollinis Lycij. Vides verò etiam eius simulacrum, in columnâ inclinatum; sinistrâ manu, arcum habens: dextra autem, supra caput refracta, quasi quiescentem à labore diuturno deum indicat.* Et obserua; gymnasium ibidem erat: à Pisistrato, siue Pericle, vt alij volunt, ædificatum. Suidas. Λύκειον, ἓν τῶν παρ' Ἀθηναίοις γυμνασίων· ὃ Θεόπομπος μὲν, Πεισίστρατον ποιῆσαί φησι· Φιλόχορος δὲ, ἐπιστατοῦντος Περικλέους γενέσθαι. *Lyceum, vnum è gymnasijs, quæ sunt apud Athenienses; quod Theopompus, à Pisistrato; Philochorus, curante Pericle, factum dicit.* Et hoc ipsum est, quod Apollini quoque sacrum, pariter ac templum, Plutarchus tradit, causam addens, Sympos. lib. VIII. Quæst. IV. Καὶ μὴν οὐδὲ Ἀθηναίους εἰκός ἐστιν Ἀπόλλωνι καθιερῶσαι τὸ γυμνάσιον ἀλόγως, καὶ αὐτομάτως· ἀλλὰ παρ' οὗ τὴν ὑγίειαν ἔχομεν θεοῦ, τοῦτον εὐεξίαν τε διδόναι, καὶ ῥώμην, ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ᾤοντο. *Et sanè neque Athenienses verisimile est sine ratione, ac temere, gymnasium Apollini dedicasse; verùm, à quo deo habemus sanitatem, eum quoque bonam corporis habitudinem, item robur, ad certamina suppeditare existimabant.* Olim illic polemarchorum curia erat, antequam Solon novem archontes in vnum locum convenire precepisset. Suidas. Ἄρχοντες, οἱ ἐννέα τινές. θεσμοθέται ἕξ, ἄρχων, πολέμαρχος, βασιλεύς. καὶ, πρὸ μὲν τῶν Σόλωνος νόμων, οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς ἅμα δικάζειν· ἀλλ' ὁ μὲν βασιλεὺς, καθῆστο παρὰ τῷ καλουμένῳ Βουκολείῳ· τὸ δὲ, ἦν πλησίον τοῦ Πρυτανείου· ὁ δὲ πολέμαρχος, ἐν Λυκείῳ· καὶ ὁ ἄρχων, παρὰ τοὺς Ἐπωνύμους· οἱ θεσμοθέται, παρὰ τὸ θεσμοθέσιον. *Archontes, erant novem quidam.*

quidam. Thesmothetæ sex, Archon, Rex, Polemarchus. Et, ante Solonis leges, ipsis vnà iudicare non licebat; sed Rex, sedebat ad Bucoleum, quod est iuxta Prytaneum; Polemarchus, in Lyceo; Archon verò, ad Eponymos; Thesmothetæ, ad Thesmothesium. Apud Hesychium Ἐπιλύκιον scribitur. Ἐπιλύκιον, ἀρχεῖον τῶν πολεμάρχων Ἀθήνησιν. *Epilycium, archiuum Polemarchorum Athenis.* Verùm errat, mendo inductus; cùm Ἐπιλύκιον, pro ἐπὶ Λύκειον, apud Auctorem aliquem scriptum à librario oscitante inuenisset. Quæ de conditore Pericle, aut Pisistrato, è Suida protuli, eadem habes apud Harpocrationem. Ac de Pericle, etiam Hesychius refert. Λύκειον, τόπος· Περικλέους ἐπιστατήσαντος τοῦ ἔργου. *Lyceum, locus; Pericle opus curante factus.* Equidem arbitror, inchoatum à Pisistrato, pòst à Pericle exstructum. Alij Lycurgo asscribunt. Lycophronis filio, oratori. Pausanias, vbi de eo agit. Τὰ δ' ἐπὶ τῆς αὐτοῦ πολιτείας, ἃ ᾠκοδόμησεν, ἐν Πειραιεῖ νεώς εἰσιν οἶκοι, καὶ τὸ πρὸς τῷ Λυκείῳ καλουμένῳ γυμνάσιον. *Quæ verò, dum remp. gessit, ædificauit; ea sunt, in Piræeo navalia: & gymnasium, ad Lyceum quod vocatur.* Verùm illud sic interpretor, vt in maius multo exstruxerit. Hoc accipio è Plutarcho; qui ait, arbores quoque illic plantasse, & palæstram exstruxisse. Locus est in eius Vitâ, lib. De x. Rhet. Πολλὰ τῆς πόλεως ἐπηνώρθωσε, καὶ τριήρεις τῷ δήμῳ παρεσκεύασε τετρακοσίας, καὶ τὸ ἐν Λυκείῳ γυμνάσιον ἐποίησε, καὶ ἐφύτευσε, καὶ τὴν παλαίστραν ᾠκοδόμησε. *Multa in Vrbe instaurauit, & triremes populo instruxit quadringentas; tum gymnasium in Lyceo etiam fecit, & arbores ibidem plantauit, ac palæstram ædificauit.* Et palæstræ, recens structæ, meminit Plato, in initio Lysidis, vbi de Lyceo agit.

Δεῦρο, ἔφη, δείξας μοὶ ἐν τῷ καταντικρὺ τοῦ τείχους περίβολόν τε τινὰ, καὶ θύραν ἀνεωγμένην· διατρίβομεν δὲ, ἦ δ' ὅς, αὐτόθι ἡμεῖς τε αὐτοὶ, καὶ ἄλλοι πάνυ πολλοὶ, καὶ καλοί. Ἔστι δὲ δὴ τί τοῦτο; καὶ τίς ἡ διατριβή; Παλαίστρα, ἔφη, νεωστὶ ᾠκοδομημένη. *Huc, ait, ostenso mihi exadverso muri septo, ianuaq; item apertâ; illic, inquit, versamur cùm nos ipsi, tum alij omnino multi, ijq; honesti. Sed quodnam istud, aut quæ illic conversatio? Palæstra, ait, resens admodum exstructa.* Aquæductus item ibi, & ingens platanus; cuius vtriusque mentio est apud Theophrastum, Hist. Plant. lib. I. cap. XI. Ἥγε οὖν ἐν τῷ Λυκείῳ ἡ πλάτανος, ἡ κατὰ τὸν ὀχετὸν, ἔτι νέα οὖσα, περὶ τρεῖς καὶ τριάκοντα πήχεις ἀφῆκεν. *Igitur quæ in Lyceo est platanus, iuxta aquæductum, cùm novella adhuc esset, cubitos tres & triginta circiter emisit.* Et Plinius, lib. XII. cap. I. *Celebratæ sunt (platani) primùm in ambulatione Academiæ Athenis, cubitorum triginta sex, vnius radice ramos antecedente. Nunc est clara in Lyceo, gelidi fontis socia amœnitate, itineri apposita, domicilij modo caua octoginta atque vnius pedum specu, nemoroso vertice, & se vastis protegens ramis, arborum instar, agros longis obtinens vmbris.* Platani meminit quoque strictim Maximus Tyrius, Dissert. VIII. Ἔλεγε δὲ ταῦτα μόνον οὐκ ἐν μέσοις Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ οἴκοι, καὶ δημοσίᾳ, ἐν συμποσίοις, ἐν Ἀκαδημίᾳ, ἐν Πειραιεῖ, ἐν ὁδῷ, ὑπὸ πλατάνῳ ἐν Λυκείῳ. *Dicebat autem hæc non tantùm inter medios Græcos, sed & domi, ac foris, in conuiuijs, Academiâ, Piræeo, viâ, & sub platano in Lyceo.* Erat ibidem ambulacrum Aristotelis; à quo ipse, Περιπατητικὸς; &, qui eum sectabantur, Περιπατητικοὶ nuncupati. Diogenes Laërtius, in eius Vitâ, lib. V. Φησὶ δ' Ἕρμιππος ἐν τοῖς βίοις, ὅτι, πρεσβεύοντος αὐτοῦ πρὸς Φίλιππον ὑπὲρ Ἀθηναίων, σχολάρχης

λάρχησε γένετο τῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ σχολῆς Ξενοκράτης· ἐλθόντα δὲ αὐτὸν, καὶ θεασάμενον ὑπ' ἄλλῳ τὴν σχολὴν, ἑλέσθαι περίπατον, τὸν ἐν Λυκείῳ. καὶ μέχρι μὲν ἀλείμματος ἀνακάμπτοντα, τοῖς μαθηταῖς συμφιλοσοφεῖν, ὅθεν Περιπατητικὸν προσαγορευθῆναι. *Refert Hermippus in Vitis, cum legatus Atheniensium ad Philippum profectus esset, scholæ, quæ in Academia, Xenocratem præfectum fuisse: cùm reversus autem esset, ac præfectum scholæ alium conspexisset, elegisse in Lycéo ambulacrum; & ibi vsque ad vnctionem deflectentem, cum discipulis philosophatum: unde etiam Peripateticum appellatum.* Cicero, Academ. Quæst. lib. I. *Qui erant cum Aristotele, Peripatetici dicti sunt; quia disputabant, inambulantes in Lycéo.* Meminit item Ammonius, in Vitâ Aristotelis. Et exinde mansit schola; meminitq; ita eius Plutarchus etiam, lib. De Exilio. Ἐπὶ τοὺς σοφοὺς ἐλθὲ, καὶ τὰς σοφὰς Ἀθήνησι σχολὰς, καὶ διατριβάς. ἀναπέμπασαι τὰς ἐν Λυκείῳ, τὰς ἐν Ἀκαδημίᾳ, τὴν Στοάν. *Ad sapientes ito, & Athenienses scholas, ac gymnasia; Lyceum, Academiam, Porticum.* Locus quoque, vbi cursum exercerent, illic fuit. Obseruo apud Xenophontem, Hist. Græc. lib. II. Ἐπεὶ ἔγνω, ὅτι κατὰ τὸν ἐκ Λυκείου δρόμον μέλλοιεν τὰς μηχανὰς προσάγειν, τὰ ζεύγη ἐκέλευσε πάντα ἁμαξιαίους λίθους ἄγειν, καὶ καταβάλλειν, ὅπου ἕκαστος βούλοιτο τοῦ δρόμου. *Vbi cognouisset, quod ad curriculum è Lyceo machinas admoturi essent, iussit, vt iumenta omnia lapides plaustrales comportarent, eosq; in curriculo, vbicunque vellent, abijcerent.* Et hîc se exercebat ante bellum juuentus Attica militaris. Aristophanes Pace.

Καὶ γὰρ ἱκανὸν χρόνον ἀ-
Πολλύμεθα, καὶ κατατετρίμμεθα, πλανώμενοι
Ἐς Λύκειον, κἀκ Λυκείου
Σὺν δορὶ, σὺν ἀσπίδι π.

 Iamq;

Iamq; satis longum tempus
Perijmus, & contriti sumus, oberrantes
In Lyceum, & è Lycéo,
Cum hasta, ac clypeo.

Vbi Scholiastes. Τὸ Λύκειον, γυμνάσιον Ἀθήνησιν, ὅπου περὶ τοῦ πολέμου ἐδόκουν γυμνάζεσθαι. *Lyceum, gymnasium Athenis, vbi ante bellum, vt videtur, exercebantur.* Nec pedites tantùm, sed & equites; estque de ijs Xenophontis iste locus, in Hipparchico. Ὅταν γε μὴν πρὸ τοῦ ἀκοντισμοῦ διελαύνωσιν ἐν Λυκείῳ, καλὸν ἑκατέρας τὰς πέντε φυλὰς ἐπὶ τοῦ μετώπου ἐλαύνειν, ὥσπερ εἰς μάχην. *Quoties quidem in Lycéo ante iaculationem agitationes instituunt equites, sanè pulcrum quiddam fuerit, vtrasque tribus quinque, tanquam ad prælium, à fronte provehi.* Et pompa hîc exhibebatur ab hipparcho. Xenophon ibidem. Ἔπειτα ὅπως τὰς πομπὰς ἐν ταῖς ἑορταῖς ἀξιοθεάτους ποιήσῃ· ἔτι δ' ἢ καὶ τἄλλα ὅσα ἐπιδεικνύναι δεῖ τῇ πόλει, ὅπως ᾗ δυνατὸν κάλλιστα ἐπιδείξῃ, τάτ' ἐν Ἀκαδημίᾳ, καὶ τὰ ἐν Λυκείῳ. *Deinde, vt diebus festis pompas, spectatu dignas, exhibeat; aliaq;, quæ sunt exhibenda vrbi, quantum possit, quàm pulcherrimè repræsentet: siue id in Academia faciendum, siue item in Lyceo.* Si quis autem, dum nimirum exercerentur, quicquam inde surripuisset, cuius pretium drachmas decem superaret, lege Solonis capite luebat. Demosthenes, Orat. in Timocratem. Εἴ τις γ' ἐκ Λυκείου ἱμάτιον, ἢ ληκύθιον, ἢ ἄλλο τι φαυλότατον, ἢ τῶν σκευῶν τι τῶν ἐκ τῶν γυμνασίων ὑφέλοιτο, ὑπὲρ δέκα δραχμὰς, καὶ τούτοις θάνατον ἐνομοθέτησεν (ὁ Σόλων) εἶναι τὴν ζημίαν. *Si quis è Lyceo vestem, aut laguncculam, aut quicquam aliud minimi pretij, aut vasculum aliquod è gymnasijs surripuerit, supra decem drachmas, etiam his pœnam mortis*

(Solon)

(*Solon*) *statuit*. Et posteriori tempore cœna quoque ibi instituta. Athenæus mihi testis, lib. IV. Ἐν Ἀθήναις δ' ἱστοροῦσι, οὐ πάνυ ἀρχαίων δυοῖν γενομένων δείπνων ἐν Λυκείῳ τε καὶ Ἀκαδημίᾳ, τοῦ μὲν εἰς τὴν Ἀκαδημίαν εἰσενέγκαντος ὀψοποιοῦ λοπάδα, πρὸς ἑτέραν τινὰ χρείαν, τὸν κέραμον πατάξαι πάντας τοὺς ἱεροποιοὺς, ὡς μακρόθεν οὐκ ἀστείας παρεισδύσεως γινομένης, δέοντος ἀπέχεσθαι τοῦ μακρόθεν· τὸν δ' ἐν τῷ Λυκείῳ, κρέας ταριχηρὸν εἰς τάριχος διασκευάσαντα, μαστιγωθῆναι, ὡς παρασοφιζόμενον πονηρῶς. *Athenis narrant, cum conuiuia non omnino antiqua duo agitarentur, in Lyceo, & Academiâ; in eo, quod in Academiâ, illatâ à coquo in alium vsum patinâ fictili, sacrorum ministros omnes hanc fregisse, tanquam ea nimis procul inciviliter irrepsisset: in hoc verò, quod in Lyceo, coquum, qui salitam carnem in modum salsamenti è piscibus concinnauerat, flagris cæsum, ceu improbè ingeniosum.* In propinquo, Panopis fons spectabatur, ad portam Vrbis, quâ ibatur in vicinam Academiam. Obseruare est apud Platonem, in citato initio Lysidis. Ἐπορευόμην μὲν ἐξ Ἀκαδημίας εὐθὺ Λυκείου τὴν ἔξω τείχους. ἐπεὶ δ' ἐγενόμην κατὰ τὴν πυλίδα, ᾗ ἡ Πάνοπος κρήνη, ἐνταῦθα συνέτυχον Ἱπποθάλει. *Ibam ex Academia rectà in Lyceum, via quæ est extra mœnia; postquam verò venissem ad portam, vbi fons Panopis, incidi in Hippothalem.* Neque alius certè fons est, cuius meminit etiam Strabo; è quo illud item discimus, portam istam, quæ Platoni hîc memoratur, Diocharis appellatam fuisse. Verba Strabonis ista exstant, lib. IX. Εἰσὶ μὲν αἱ πηγαὶ καθαροῦ καὶ ποτίμου ὕδατος, ὥς φασιν, ἐκτὸς τῶν Διοχάρους καλουμένων πυλῶν, πλησίον τοῦ Λυκείου. πρότερον δὲ καὶ κρήνη κατεσκεύαστό τις πλησίον, πολλοῦ, καὶ καλοῦ, ὕδατος. εἰ δὲ μὴ νῦν, τί ἂν εἴη θαυμαστὸν, εἰ πάλαι πολὺ καὶ καθαρὸν ἦν, ὥστε

καὶ

καὶ πότιμον εἶναι, μετέβαλε δ' ὕστερον. *Sanè sunt & scaturigines, vti aiunt, aquæ puræ, & potabilis; extra portam, quæ Diocharis appellatur, ad Lyceum: olim quoque fons exstructus iuxta fuit, aquam habens multam, & bonam. quod si ea hodie non est ita pura, quis miretur, olim multam exstitisse, & puram adeò, vt potaretur, verùm nunc mutatam esse?* Vbi illud quoque discimus, iam Strabonis tempore fontem hunc corruptum fuisse. Ponè Lyceum, erat Nisi monumentum, regis olim Megarensium. Pausanias. Ἔστι δὲ ὄπισθεν τοῦ Λυκείου, Νίσου μνῆμα· ὃν ἀποθανόντα ὑπὸ Μίνω, βασιλεύοντα Μεγάρων, κομίσαντες Ἀθηναῖοι, ταύτῃ θάπτουσιν. *Ponè Lyceum, Nisi sepulcrum est, Megarensium regis; quem, occisum à Minoe, Athenienses, cùm sustulissent, eo loco sepelierunt.* Cicero denique, vti villam quandam suam, in quâ libros *Quæstionum Academicarum* scripsit, Academiam appellauit, ab Atheniensi istâ; ita & Lyceum dixit gymnasium quoddam, in Tusculano à se exstructum. Meminit ipse, De diuin. lib. I. *Nuper cùm essem cum Quincto fratre in Tusculano, disputatum est. nam, cùm ambulandi causa in Lyceum venissemus, id enim superiori gymnasio nomen est; perlegi, inquit ille, tuum paullo antè tertium De natura deorum.* Et Hadrianus Imperator locum quendam, in villâ suâ Tiburtinâ, sic inscripsit. Spartianus, in eius Vitâ. *Tiburtinam villam mirè exædificauit; ita vt in ea & prouinciarum, & locorum celeberrimorum, nomina inscriberet: velut Lyceum, Academiam, Prytaneum.* Incensum autem est à Philippo, Demetrij filio, Macedonum rege. Liuius, lib XXXI. *Et Cynosarges, & Lyceum, & quicquid sancti, amœniue, circa Vrbem erat, incensum est.* Et arbores postea, Vrbem obsidens, Sylla excîdit.

excîdit. Plutarchus, in eius Vitâ. Καὶ τὴν τε Ἀκαδημίαν ἔκειρε, δενδροφορωτάτην προαστείων οὖσαν, καὶ τὸ Λύκειον. *Et Academiam devastauit, arboribus inter suburbia alia frequentissimam, & Lyceum.*

CAP. IV.

Ilissus, & Eridanus, Vrbem interluebant. Orithyia ad Ilissum à Borea rapta. Attici domus. Iamblichi verba emendata. Locus, vbi Codrus quondam interfectus. Musarum τῶν Ἰλισιάδων ara. Stephani locus restitutus.

POST hæc duo à Pausania fluuij commemorantur, qui per Vrbem labebantur; Ilissus, &, qui in eum illic incidebat, Eridanus. Ita enim inquit. Ποταμοὶ δὲ Ἀθηναίοις ῥέουσιν Ἰλισσός τε, καὶ Ἠριδανῷ τῷ Κελτικῷ κατὰ ταὐτὰ ὄνομα ἔχων, ἐκδιδοὺς ἐς τὸν Ἰλισσόν. *Flumina sunt Atheniensibus cùm Ilissus, tum Eridano Celtico cognominis, qui in eum influit.* Meminit vtriusque etiam Plato, in Critia; vbi de diluuiis quibusdam sermo. Τὸ δὲ πρὶν ἐν ἑτέρῳ χρόνῳ μέγεθος μὲν ἦν πρὸς τὸν Ἠριδανὸν, καὶ τὸν Ἰλισσὸν, ἀποβεβηκυῖα. *Prius autem alio quodam tempore eâ erat magnitudine, vt ad Eridanum, & Ilissum, perveniret.* Ad Ilissi fluminis ripam Orithyiam à Borea raptam memorabant. Pausanias. Ὁ δὲ Ἰλισσός ἐστιν οὗτος, ἔνθα παίζουσαν Ὠρείθυιαν ὑπὸ ἀνέμου Βορέου φασὶν ἁρπασθῆναι. *Est autem hic Ilissus, vbi ludentem Orithyiam à Borea vento raptam ferunt.* Plato, Phædro. ΣΩΚΡ. Δεῦρο ἐκτραπόμενοι κατὰ τὸν Ἰλισσὸν ἴωμεν· εἶτα, ὅπου ἂν δόξῃ, ἐν ἡσυχίᾳ καθιζώμεθα. ΦΑΙ. Εἰπέ

μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐνθένδε μέντοι ποθὲν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι; SOCR. *Huc digreſſi, ad Iliſſum abeamus; ibiq́; quo viſum erit loco, quietè conſideamus.* PHÆ. *Dic mihi, Socrates, an non hic eſt, vbi ab Iliſſo Orithyiam Boreas rapuit?* Ac domum ibidem Atticus habuit. Cicero, De Leg. lib. I. *Reſpondebo tibi equidem, ſed non antè, quàm tu ipſe mihi reſponderis, Attice, certéne non longè à tuis ædibus inambulans poſt exceſſum ſuum Romulus Proculo Iulio dixerit, ſe deum eſſe, & Quirinum vocari, templumq́; ſibi dedicari eo in loco iuſſerit: & Athenis, non longè item à tuâ illâ antiquâ domo, Orithyiam Aquilo ſuſtulerit: ſic enim eſt traditum.* Quod ad raptum Orithyiæ ad Iliſſum flumen attinet, eſt de eo Dionyſij quoque locus, in Deſcriptione Orbis.

Νέρθε γε μὴν Ἰσθμοῖο πρὸς αὐγὰς Ἀττικὸν οὖδας·
Τοῦ διὰ θεσπεσίου φέρεται ῥόος Ἰλισσοῖο,
Ἔνθεν καὶ Βορέης ποτ' ἀνήρπασεν Ὠρείθυιαν.

Quæ ſic reddidit Priſcianus.

Attica ſed tellus poſt Iſthmum ſolis ad ortum eſt;
Hinc Orithyiam Boreas rapuiſſe puellam
Traditur: hîc Iliſſus aquis devoluitur amnis.

Feſtus Auienus.

Iliſſi Boreas ſtagno tulit Orithyiam.

Corrigendus Iamblichi locus, De Vitâ Pythagoræ, lib. I. cap. XXXIV. Κληθεῖσαν δὲ τρισὶ γενεαῖς ὕστερον τὴν πρότερον κατὰ Θρᾷκας, καὶ τὴν Ὠρειθύιας ἁρπαγήν. Perperam editur, καὶ τὴν Ἐρεθύιας ἁρπαγήν. Nam quod ait, κατὰ Θρᾷκας, ideo dixit, quia Boreas Thrax erat. Apollonius Rhodius, Argonaut. lib. I.

Ζήτης

Ζήτης δ' αὖ Κάλαϊς τε Βορήϊοι υἷες ἵκοντο·
Οὕς ποτ' Ἐρεχθηῒς Βορέῃ τέκεν Ὠρείθυια,
Ἐσχατίῃ Θρήκης δυσχειμέρου. ἔνθ' ἄρα τήν γε
Θρηΐκιος Βορέης ἀνερείψατο Κεκροπίηθεν,
Ἰλισοῦ προπάροιθε χορῷ ἔνι δινεύουσαν.
Zetes quoque, & Calais, Boreæ filij, venerunt;
Quos Erechthei filia Orithyia peperit Boreæ,
In finibus Thraciæ, hieme asperæ, vbi hanc
Threicius Boreas deposuit, Cecropiâ abductam,
Cum iuxta Ilissum choreas agitaret.

Porrò locus etiam ibi vulgò ostendi, vbi Codrus interfectus. Pausanias. Δείκνυται δὲ καὶ ἔνθα Πελοποννήσιοι Κόδρον, τὸν Μελάνθου, βασιλεύοντα Ἀθηναίων, κτείνουσι. *Ostenditur verò etiam locus, vbi Codrum, Melanthi filium, Atheniensium regem, Peloponnesij occiderunt.* Et Musarum ibidem ara τῶν Ἰλισιάδων. Idem Pausanias. Ἐθέλουσι δὲ Ἀθηναῖοι καὶ ἄλλων θεῶν ἱερὸν εἶναι τὸν Ἰλισόν· καὶ Μουσῶν βωμὸς ἐπ' αὐτῷ ἐστιν Ἰλισιάδων. *Volunt autem Athenienses etiam alijs dijs sacrum esse Ilissum; & Musarum iuxta ipsum ara est, quæ dicuntur Ilissiades.* Meminitq; harum Stephanus. Ἰλισσός, πόλις τῆς Ἀττικῆς· ἐν ᾧ τιμῶνται αἱ Μοῦσαι Ἰλισιάδες. *Ilissus, vrbs Atticæ; vbi coluntur Musæ Ilissiades.* Sed, an vrbs Ilissus fuit? nemo hoc veterum vnquam dixit. Rescribo; Ἰλισσὸς, ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς. *Ilissus, fluuius Atticæ.* Librarius per compendium scripserat, & hinc mendum.

CAP. V.

Agra; siue, Agræ. Diana ibi primùm venata, Delo adveniens; & templum habuit, Ἀγροτέρα, siue Ἀγραῖα, cognominata. Votum Atheniensium, ei deæ bello Medico nuncupatum; & sacra à polemarcho facta. Ara Boreæ, qui hîc Orithyiam rapuit. Dea tutelaris Ceres; cuius ibi mysteria minora, in quibus Hercules initiatus, celebrata. Ilißus flexuosus, instar Mæandri; eiusq́ ortus. Senecæ locus restitutus. Stadium Panathenaicum. Hadriani venatio. Herodis sophistæ sepulcrum.

TRANS Ilissum, Agra erat; siue, Agræ: nam vtroque pariter numero efferebant. Stephanus. Ἄγρα, καὶ Ἄγραι, χωρίον· ἑνικῶς, καὶ πληθυντικῶς. *Agra, & Agræ, locus; singulariter, & pluraliter.* Eustathius, ad Iliad. β'. Ἀπὸ χώρας πρὸς τῷ Ἰλισσῷ· ἣ κλῆσις Ἄγρα, καὶ Ἄγραι. *A loco ad Ilissum; cui nomen Agra, & Agræ.* Dixi, trans Ilissum fuisse; idq́ue clarum è Pausania, qui Dianam illic primùm, Delo advenam, venatam dicit: atque templum inde ei, Ἀγροτέρα cognomento appellatæ, consecratum; & cum arcu simulacrum. Ecce tibi eius verba. Διαβᾶσι δὲ τὸν Ἰλισσὸν, χωρίον, Ἄγραι καλούμενον, καὶ ναὸς Ἀγροτέρας ἐστὶν Ἀρτέμιδος. ἐνταῦθα Ἄρτεμιν πρῶτον θηρεῦσαι λέγουσιν, ἐλθοῦσαν ἐκ Δήλου. καὶ τὸ ἄγαλμα διὰ τοῦτο ἔχει τόξον. *Trans Ilissum, locus est, cui Agræ nomen; & Dianæ item fanum, Venatricis cognomento: nam venatam illic deam*

deam primùm ferunt, cùm è Delo advenisset: ideoq́ simulacrum arcum habet. Meminit Pollux, lib. IX. cap. II. Καὶ ἡ Ἀγροτέρα θεὸς, καὶ τὸ τῆς Ἀγροτέρας τέμενος. *Et Venatrix dea, & fanum quoque Venatricis.* Huic Athenienses, bello Medico, votum fecere, si victoriâ potirentur, tot se hircos mactaturos, quot ex hostibus cecîdissent. Agathias, lib. II. Ταῦτά τοι καὶ ἡσσῶντο ἀνὰ κράτος ὑπὸ Μιλτιάδου οἱ Μῆδοι. τοσοῦτοι γὰρ αὐτῶν ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ ἀνῄρηνται, ὥστε ἀμέλει πρὸ τῆς μάχης τοὺς Ἀθηναίους· λέγεται γὰρ οὕτω, χιμάρους ἰσαρίθμους τῶν ἀπολουμένων δυσμενῶν Ἀρτέμιδι θύσειν ἀπειλήσαντας, ἐς τοσοῦτον ἵλεω ἐντυχεῖν τῇ Ἀγροτέρᾳ, καὶ ἀπώνασθαι τῆς εὐθηρίας, ἐς ὅσον μὴ οἷους τε γενέσθαι τὸ χαριστήριον ἀποτίσαι, ἀλλ' ἐπιλιπεῖν θυομένας ἔτι τὰς αἶγας, καὶ πρὸς ἀντίδοσιν μὴ διαρκέσαι. *Idcircò etiam summâ vi devicti sunt à Miltiade Medi. Tot enim ab ipso in illo prælio cæsi fuerunt, quot ferè ante pugnam Athenienses. Ita enim fertur; quod, cùm comminati essent, se totidem numero hircos Dianæ sacrificaturos esse, quot interfecissent hostes, adeò propitiam habuisse Venatricem deam, adeoq́ prosperè venatos fuisse, ut promissas gratias persolvere nequirent; sed, sacrificatis etiam capellis, numerum cæsorum exæquare non potuisse.* Ante eum Xenophon retulit, De Cyri Exped. lib. III. Ἐλθόντων μὲν γὰρ Περσῶν, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς, παμπληθεῖ στόλῳ, ὡς ἀφανιούντων τὰς Ἀθήνας, ὑποστῆναι αὐτοῖς Ἀθηναῖοι τολμήσαντες, ἐνίκησαν αὐτούς· καὶ εὐξάμενοι τῇ Ἀρτέμιδι, ὁπόσους ἂν κατακάνοιεν τῶν πολεμίων, τοσαύτας χιμαίρας καταθύσειν τῇ θεῷ, ἐπεὶ οὐκ εἶχον ἱκανὰς εὑρεῖν, ἔδοξεν αὐτοῖς κατ' ἐνιαυτὸν πεντακοσίας θύειν· καὶ ἔτι καὶ νῦν ἀποθύουσιν. *Nam cum Persæ unà cum aliis, quos adiunxerant sibi, ingenti cum exercitu venirent, ut Athenas delerent; ausi Athenienses ipsis se obiicere, victoriâ potiti sunt.*

Quumq́; votum Dianæ fecissent, quot hostes occidissent, tot se illi deæ capras mactaturos; quia satis multas inuenire non poterant, decretum factum est, vt singulis annis quingentæ mactarentur: quas etiam nunc mactant. Et ante hunc Herodotus quoque, lib. VI; quem malignitatis accusat eo nomine Plutarchus, libro proprio, De Malign. Herodoti. Allusit Aristophanes, Equitibus.

Τῇ δ' Ἀγροτέρᾳ κατὰ χιλίων παρήνεσα
Εὐχὴν ποιήσασθαι χιμάρων ἐς αὔριον.

Venatrici verò (Dianæ) circiter mille hortatus sum
Capras vt vouerent in diem crastinum.

Vbi ita Scholiastes. Καλλίμαχος ὁ πολέμαρχος λέγεται εὔξασθαι τῇ Ἀρτέμιδι, τοσούτας βοῦς θύσειν, ὅσους ἂν φονεύσῃ βαρβάρους ἐν Μαραθῶνι· ἐπειδὴ δὲ πολλοὶ ἐφονεύθησαν, μὴ δυνάμενος τοσούτας βοῦς θῦσαι, ἔθυσε χιμαίρας. *Fertur Callimachus polemarchus votum fecisse Dianæ, tot se boves immolaturum, quot in Marathone hostes occidisset. at, cùm multi occisi essent, nec tot boves immolare deæ posset, capras ei immolauit.* Ait Xenophon, in citatis statim verbis, etiam suâ tempestate sacrum illud fieri solitum: de quo omnino Pollux est intelligendus, lib. VIII. cap. IX. Ὁ δὲ πολέμαρχος θύει μὲν Ἀρτέμιδι τῇ Ἀγροτέρᾳ. *Polemarchus quidem sacra facit Dianæ Venatrici.* Ac nimirum faciebat polemarchus, quia primus olim Callimachus polemarchus ita instituit; vt est discere ex citatis statim verbis Scholiastæ Aristophanis. Hæc ipsa est, quæ Ἀγραία Platoni; è quo istud item discimus, in propinquo aram Boreæ fuisse: qui Orithyiam ibi loci rapuisse ferebatur. Platonis verba ecce in Phædro ita habent. ΦΑΙ. Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐνθένδε μέν τοι ποθὲν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρεί-

θυιαν

θυιαν ἁρπάσαι; ΣΩΚΡ. Λέγεται γάρ. ΦΑΙ. Ἆρ' οὖν ἐνθένδε; χαρίεντα γοῦν, καὶ καθαρὰ, καὶ διαφανῆ, τὰ ὑδάτια φαίνεται· καὶ ἐπιτήδεια κόραις, παίζειν παρ' αὐτά. ΣΩΚΡ. Οὐκ, ἀλλὰ κάτωθεν, ὅσον δύ' ἢ τρία στάδια· ᾗ πρὸς τὸ τῆς Ἀγραίας διαβαίνομεν. καί πού τίς ἐστι βωμὸς αὐτόθι Βορέου. PHÆ. *Dic mihi, ô Socrates, an non hinc ab Ilisso Orithyiam rapuisse Boreas fertur.* SOCR. *Fertur.* PHÆ. *An ex hoc loco? nam amœnæ, puræ, & limpidæ, aquæ apparent; lusibusq́; puellarum ad has aptæ.* SOCR. *Non, sed inferius; ad stadia circiter duo, aut tria: quâ transimus ad Agrææ: estq́; ara ibidem Boreæ.* Ac Platonis istum locum respexit Eustathius, Iliad. β'. Ἔτι δὲ καὶ Ἀγροτέρα Ἄρτεμις, ὡς καὶ ὁ Κωμικὸς δηλοῖ· ἣ καὶ Ἀγραία, παρὰ Πλάτωνι. *Est præterea Diana etiam*, Ἀγροτέρα *cognomento, vt testatum facit Comicus; quæ & ipsa* Ἀγραία *dicta, apud Platonem.* Vbi item Comici locus, quem designat, est is ipse ex Equitibus, quem citaui paullo ante. Meminit Dianæ huius etiam Euripidis Scholiastes, ad Hippolytum. Erat autem Agra Cereri consecrata. Hesychius. Ἄγραι, χωρίον Ἀττικὸν, ἱερὸν Δήμητρος. *Agræ, locus Atticæ, Cereri sacer.* Nempe ideo, quia minora illic mysteria celebrata, quibus initiatus Hercules. Stephanus. Ἄγρα, καὶ Ἄγραι, χωρίον· ἑνικῶς, καὶ πληθυντικῶς. ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἐπιτελεῖται, μίμημα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον· ἐν ᾧ λέγουσι καὶ τὸν Ἡρακλέα μεμυῆσθαι. *Agra, & Agræ, locus; singulariter, ac pluraliter: vbi mysteria minora peraguntur, ad imitationem Dionysiorum: quibus etiam Hercules initiatus memoratur.* Eustathius, loco citato. Ἄγρα, καὶ Ἄγραι· οὗ τὰ μικρὰ τῆς Δήμητρος ἤγετο μυστήρια, ἃ ἐλέγετο τὰ ἐν Ἄγραις. *Agra, & Agræ; vbi minora Cereris mysteria peragebantur, quæ* IN AGRIS *dicebantur.* Clemens, in Protreptico.

Τὰ

τὰ ἐπὶ Ἄγρᾳ μυστήρια, καὶ τὰ ἐν Ἀλιμοῦντι. *Mysteria in Agrâ, & Alimunte.* Ita enim eum locum corrigendum, monui libro *De Eleusinijs*, cap. V. Corruptus Seneca, initio Hippolyti; vbi sese mirè torquent viri docti:

Vbi per glacies lenis Ilissus,
Vbi Mæander super æquales
Labitur agros. ———

Restituo.

Vbi per glareas lenis Ilissus,
Vti Mæander, super æquales
Labitur Agras. ——— ———

In priore quidem versu, *glareas* legendum omninò; vt sit συνίζησις duarum posteriorum syllabarum, metri causa. Dicit autem Ilissum decurrere fundo glareoso, instar Mæandri, ob meatus flexuosos; vnde & Statius, Theb. IV.

——— *amfractu riparum incurvus Ilissus.*

Deinde; labi super Agras, vbi nimirum oriebatur; sicut sat disertè nobis Strabo refert, lib. IX. Ἔστι δὲ τοιοῦτος μάλιστα ὁ Ἰλισσὸς, ἐκ θατέρου μέρους τοῦ ἄστεος ῥέων εἰς τὴν αὐτὴν παραλίαν, ἐκ τῶν ὑπὲρ τῆς Ἄγρας, καὶ τοῦ Λυκείου, μερῶν. *Ac talis potissimùm est Ilissus, ab altera Vrbis parte fluens ad idem littus, ex ijs partibus, quæ sunt supra Agras, & Lyceum.* Denique & hîc stadium erat Panathenaicum, à Lycurgo primò exstructum, ab Herode renovatum, & magnificentius factum: de quo vide quæ notamus, lib. *De Panathenæis*, cap. IX. Atque hoc ipsum est, in quo Adrianus Cæsar exhibuit venationem mille ferarum. Spartianus, in eius Vitâ. *Athenis mille ferarum venationem in stadio exhibuit.* Ac sepultus ibi Herodes. Philostratus, in eius Vitâ, Sophist. lib. II. Ἀποθανόντος δὲ αὐτοῦ (τοῦ Ἡρώδου)

ἐν τῷ Μαραθῶνι, καὶ ἐπισκήψαντος τοῖς ἐλευθέροις ἐκεῖ θά-
πτειν, Ἀθηναῖοι, ταῖς τῶν ἐφήβων χερσὶν ἁρπάσαντες, ἐς ἄστυ ἤ-
νεγκαν, προαπαντῶντες τῷ λέχει πάσῃ ἡλικίᾳ, δακρύοις ἅμα,
καὶ εὐφημοῦντες, ὅσα παῖδες, χρηστοῦ πατρὸς χηρεύσαντες· καὶ ἔ-
θαψαν ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ. *Mortuo verò ipso (Herode)
Marathone, cum iussisset, vt liberti illic eum sepelirent,
Athenienses, manibus iuuentutis raptum, in Vrbem tule-
runt, præcedente lectum eius omni ætate, cum lacrymis fe-
licia omnia acclamantes, tanquam liberi, bono patre spoliati:
tumulumq́; in Panathenaico statuerunt.*

CAP. VI.

Τρίποδες, via; vbi templa, tripodesq́; & in his Praxitelis Satyrus. Heliodori, Περὶ τῶν Ἀθήνησι Τριπόδων, *Opus. Satyrus puer, tum Cupido, & Bacchus quoque, à Thymilo facti. Bacchi templum; & in eo delubra duo, totidemq́; signa Bacchi: quorum vnum, Eleutherensis nuncupatum; alterum, ab Alcamene factum. Picturæ Bacchi, Vulcanum in cælum reducentis; Penthei pœnas dantis, & Lycurgi; Ariadnæ dormientis, Thesei recedentis, & Bacchi ad raptum accedentis. Theatrum item; & ædificium, ad Xerxis tabernaculi instar: restitutum, cum à Syllâ incensum esset. Comicorum, & Tragicorum, multæ statuæ; in his Menandri, Euripidis, Sophoclis, Aeschyliq́;. Murus Australis; & in eo caput Gorgonis Medusæ, vnà cum ægide. Spelunca sub arce, in quâ tripus; vbi insculpti Apollo & Diana, Niobes liberos occidentes. Creusa illic ab Apolline vitiata.* Μακραὶ πέτραι.

DESCENDENTI à Prytaneo via sese offerebat, Τρίποδες dicta; in quâ deorum templa aliquot, & dicati in ijs tripodes, ænei illi, insignesq́; præstantissimorum artificum vario opere; vbi Satyrus excellebat: atque à tripodibus istis nomen viæ. Pausanias. Ἔστι ἡ ὁδὸς ἀπὸ τοῦ Πρυτανείου, καλουμένη Τρίποδες. ἀφ᾽ οὗ ἢ καλοῦσι τὸ χωρίον, ναοὶ θεῶν ἐς τοῦτο μεγάλοι, καὶ σφίσιν ἐφεστήκασι τρίποδες, χαλκοῖ μὲν, μνήμης δ᾽ ἄξια μάλιστα περιέχοντες εἰργασμένα.

να. Σάτυρος γάρ ἐστιν, ἐφ' ᾧ Πραξιτέλη λέγεται φρονῆσαι μέγα. *Via est à Prytaneo, Tripodes dicta. Nomen loco, quia delubra illic magna, & in his dicati tripodes, ænei isti, in quibus quædam multa arte elaborata. Inter ea Satyrus exstat, quo Praxiteles se jactasse gloriatur.* Ac viæ quidem, meminit Athenæus, lib. XII. Καὶ ποσοῦτον ἦν τῷ Δημητρίῳ προσελθεῖν. ὥστε, μετ' ἄριστον αὐτοῦ περιπατήσαντος παρὰ τοὺς Τρίποδας, συνῆλθον εἰς τὸν τόπον παῖδες κάλλιστοι τῇ ἐξῆς ἡμέραις, ἵν' ὀφθεῖεν αὐτῷ. *Tanti verò erat, ad Demetrium accedere, vt, cùm pransus apud Tripodas ambularet, insequentibus diebus pueri forma præcellentes convenirent, vt ab eo spectarentur.* Satyrum verò, in tripodibus fabrè factum, memorat idem, lib. XIII. Ἐκλογήν τι αὐτῇ (τῇ Φρυνῇ) τῶν ἀγαλμάτων (ὁ Πραξιτέλης) ἔδωκεν, εἴτε τὸν Ἔρωτα θέλοι λαβεῖν, εἴτε τὸν ἐπὶ τριπόδων Σάτυρον. *Optionem ei (Phrynæ) simulacrorum (Praxiteles) dedit; sive Cupidinem sibi mallet, sive Satyrum in tripodibus.* Occurrit quoque eius mentio, inter alia Praxitelis opera, apud Plinium, lib. XXXIV. cap. VIII. *Praxiteles quoque marmore felicior, ideò & clarior fuit. Fecit tamen ex ære pulcherrima opera, Proserpinæ raptum, item Catagusam, & Ebrietatem, & Liberum patrem, nobilemq; vnà Satyrum, quem Græci* Περιβόητον *cognominant.* Ac de his Tripodibus olim Opus singulare scripserat Heliodorus; citatque illud Harpocration, in Ὀνήτωρ. Ὅτι δὲ τῶν χορηγησάντων ἦν εἷς, Ἡλιόδωρος Περὶ τῶν Ἀθήνησι Τριπόδων. *Quod verò vnus ex ædilibus fuerit, testatur etiam Heliodorus, libro De Tripodibus Athenis.* Proximum ibi templum Bacchi, in quo dedicatus ipsi puer Satyrus, poculum tenens: tum Cupido, & Bacchus ipse, Thymili vterque opus. Pausanias. Διονύσῳ δὲ ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον Σάτυρός ἐστι παῖς, καὶ

 δίδωσιν

δίδωσιν ἔκπωμα· Ἔρωτα δὲ, ἑστηκότα ὁμοῦ, καὶ Διόνυσον, Θυμίλος ἐποίησε. *Baccho verò, in templo propinquo, puer Satyrus est dicatus, poculum præbens; Cupidinem verò, vnà ſtantem, item Bacchum, Thymilus fecit.* In templi ambitu, geminum delubrum erat, totidemque ſigna Bacchi; alterum, Eleutherenſis cognomento appellati; alterum, ab Alcamene factum, ex ebore, & auro. Pauſanias. Τοῦ Διονύσου δέ ἐστι πρὸς τῷ θεάτρῳ τὸ ἀρχαιότατον ἱερόν. δύο δέ εἰσιν ἐντὸς τοῦ περιβόλου ναοὶ, καὶ Διόνυσοι, ὅ τε Ἐλευθερεὺς, καὶ ὃν Ἀλκαμένης ἐποίησεν, ἐλέφαντος, καὶ χρυσοῦ. *Bacchi ad theatrum est antiquiſſimum fanum; duo verò in ambitu eius ſunt delubra, item ſimulacra Bacchi, Eleutherenſis, & illius, quem Alcamenes fecit, ex ebore, & auro.* Et picturæ eodem loco; Bacchus, in cælum reducens Vulcanum: tum Pentheus quoque, & Lycurgus, pœnas dantes ſuæ in Bacchum temeritatis: ad hæc Ariadna dormiens, Theſeus recedens, & ad rapiendam eam accedens Bacchus. Pauſanias. Γραφαὶ δὲ αὐτόθι Διόνυσός ἐστιν, ἀνάγων Ἥφαιστον ἐς οὐρανόν· καὶ Πενθεὺς, καὶ Λυκοῦργος, ὧν ἐς Διόνυσον ὕβρισαν διδόντες δίκας. Ἀριάδνη τε καθεύδουσα, καὶ Θησεὺς ἀναγόμενος, καὶ Διόνυσος, ἥκων ἐς τὴν Ἀριάδνης ἁρπαγήν. *Picti ibi Bacchus, Vulcanum in cælum reducens; Pentheus, & Lycurgus, ſuæ in Bacchum protervia pœnas dantes: Ariadna item dormiens, Theſeus ab eâ diſcedens, & ad raptum Ariadnæ accedens Bacchus.* Ac theatrum iuxta erat. Ecce in Pauſaniæ verbis, jam citatis. Τοῦ Διονύσου δέ ἐστι πρὸς τῷ θεάτρῳ τὸ ἀρχαιότατον ἱερόν. *Bacchi verò ad theatrum fanum est antiquiſſimum.* In propinquo, ædificium quoddam erat, quale Xerxis quondam tabernaculum fuit; inſtauratum, poſtquam à Syllâ, captâ Vrbe, incenſum eſſet. Pauſanias. Ἔστι δὲ πλησίον

είον ἔπι ἱερῷ τῷ Διονύσου, καὶ τῷ θεάτρου, κατασκεύασμα· ποιηθῆναι δὲ τῆς σκηνῆς αὐτὸ ἐς μίμησιν τῆς Ξέρξου λέγεται. ἐποιήθη δὲ καὶ δεύτερον. τὸ γὰρ ἀρχαῖον στρατηγὸς Ῥωμαίων ἐνέπρησε Σύλλας, Ἀθήνας ἑλών. *Iuxta Bacchi autem fanum, & theatrum, ædificium est; factum verò illud dicitur ad formam Xerxis tabernaculi: denuoq; instauratum est, cùm vetustum Romanorum Imperator Sylla, Athenis expugnatis, incendisset.* In theatro verò ipso, Comicorum, ac Tragicorum, non eorum tamen illustrium, multæ statuæ spectabantur; neque enim è clarioribus Comicis quisquam, si Menandrum solum excipias: è Tragicis verò illustriores collocati, Euripides, Sophocles, Æschylusque; sed is diu post mortem factus, & picturam, quâ expressa eius ad Marathonem virtus. Pausanias. Εἰσὶ δὲ Ἀθηναίοις εἰκόνες ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ τραγῳδίας καὶ κωμῳδίας ποιητῶν, αἱ πολλαὶ τῶν ἀφανεστέρων· ὅτι μὴ γὰρ Μένανδρος, οὐδεὶς ἦν ποιητὴς τῶν ἐς δόξαν ἡκόντων. τραγῳδίας δὲ κεῖνται τῶν φανερῶν Εὐριπίδης, καὶ Σοφοκλῆς. τὴν δὲ εἰκόνα τοῦ Αἰσχύλου, πολλῷ τε ὕστερον τῆς τελευτῆς δοκῶ ποιηθῆναι, καὶ τῆς γραφῆς, ἣ τὸ ἔργον ἔχει τὸ ἐν Μαραθῶνι. *Sunt apud Athenienses in theatro statuæ Comicorum, Tragicorumq;, sed obscuriorum, multæ; nam, Menandrum si excipias, nullus est è clarioribus. Ex illustrioribus Tragicis, est Euripides, Sophoclesq́; quippe Aeschyli quidem statua, facta mihi esse videtur multo post excessum eius, & picturam, in quâ fortitudo ipsius in certamine Marathonio exhibetur.* In muro, quem Australem dicebant, qui ab arce ad theatrum excurrebat, caput Gorgonis Medusæ inauratum inclusum erat, vt & ægis. Pausanias. Ἐπὶ δὲ τοῦ Νοτίου καλουμένου τείχους, ὃ τῆς ἀκροπόλεως ἐς τὸ θέατρόν ἐστι τετραμμένον, ἐπὶ τούτου Μεδούσης τῆς Γοργόνος ἐπίχρυσος ἀνάκειται κεφαλή,

καὶ περὶ αὐτὴν αἰγὶς πεποίηται. *In muro, quem Auſtralem vocant, qui ab arce vſque ad theatrum ducit, Meduſæ Gorgonis caput auratum eſt incluſum, & ægis addita.* In theatri autem vertice, eſt ſpelunca, in ipſis rupibus ſubter arcem; in quâ tripus, cui inſculpti Apollo & Diana, Niobes liberos occidentes. Pauſanias. Ἐν δὲ τῇ κορυφῇ τοῦ θεάτρου, σπήλαιόν ἐστιν ἐν ταῖς πέτραις ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν. τρίπους δὲ ἔπεστι καὶ τούτῳ· Ἀπόλλων δὲ ἐν αὐτῷ, καὶ Ἄρτεμις, τοὺς παῖδας εἰσὶν ἀναιροῦντες τῆς Νιόβης. *In vertice theatri, antrum eſt in rupibus ſub arce. & in eo tripus exſtat; in quo Apollo, & Diana, occidentes liberos Niobes.* In hâc ſpeluncâ Apollo Creuſam, Erechthei filiam, compreſſiſſe ferebatur; eratq; verſus ſeptentrionalem arcis partem, vbi Μακραὶ πέτραι erant. Euripides, Ione.

Ἔστιν γὰρ οὐκ ἄσημος Ἑλλήνων πόλις,
Τῆς χρυσολόγχου Παλλάδος κεκλημένη,
Οὗ παῖδ' Ἐρεχθέως Φοῖβος ἔζευξεν γάμοις
Βίᾳ Κρεούσαν, ἔνθα προσβόρρους πέτρας,
Παλλάδος ὑπ' ὄχθῳ τῆς Ἀθηναίων χθονὸς,
Μακρὰς καλοῦσι γῆς ἄνακτες Ἀτθίδος.
Ἀγνὼς δὲ πατρὶ, τῷ θεῷ γὰρ ἦν φίλον,
Γαστρὸς διήνεγκ' ὄγκον. ὡς δ' ἦλθε χρόνος,
Τεκοῦσ' ἐν οἴκοις παῖδ', ἀπήνεγκε βρέφος
Εἰς ταυτὸν ἄντρον, οὗπερ ηὐνάσθη θεῷ,
Κρέουσα, κἀκτίθησιν ὡς θανούμενον.
Eſt enim non obſcura Græcorum civitas,
Ab auream haſtam gerente Pallade vocata;
Vbi filiam Erechthei Phœbus ſibi junxit nuptijs
Creuſam per vim: quo loco ſeptentrionalia ſaxa
Palladis ſub arce Athenienſium terræ,

Macras

Macras vocant reges terræ Atticæ.
Inſcio verò patre, (ſic enim deo placuit,)
Tulit onus ventris: poſtquàm verò tempus venit,
Pariens domi puerum, aſportauit infantem
In idem antrum, vbi concubuit cum Deo,
Creuſa, & exponit vt moriturum.

Pauſanias, de hâc ipsâ agens. Κρεούσῃ δὲ, θυγατρὶ Ἐρεχθέως, Ἀπόλλωνα ἐνταῦθα συγγενέσθαι νομίζουσι. *Hic Apollinem cum Creuſâ, Erechthei filiâ, rem habuiſſe arbitrantur.* Quod ad Μακρὰς πέτρας attinet, habes ibidem apud Euripidem poſtea.

Μακραὶ δὲ χῶρός ἐστ' ἐκεῖ κεκλησμένος.
Locus verò eſt iſthic, Macræ nuncupatus.

Et rurſum.

Ἄκουε τοίνυν, οἶσθα Κεκροπίας πέτρας,
Πρόσβορρον ἄντρον, ἃς Μακρὰς κικλήσκομεν.
Audi igitur, noviſti Cecropias rupes,
Septentrionale antrum, quas Macras vocamus?

Denique.

Κέκροπος ἐς ἄντρα, καὶ Μακρὰς πετρηρεφεῖς.
Ad Cecropis antra, & Macras rupibus tectas.

Porrò hæc ipſa eſt ſpelunca, cuius meminit Lucianus Bis accuſato. Καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, τὴν ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλυγγα ταύτην ἀπολαβόμενος, οἰκεῖ μικρὸν ὑπὸ τοῦ Πελασγικοῦ, εἰς τὸ μετοικικὸν συντελῶν. *Et ex eo, ſpeluncâ hâc ſub arce acceptâ, habitat paullò infra Pelaſgicum, inter inquilinos cenſus.*

CAP. VII.

CAP. VII.

Talos vbi ſepultus. Aeſculapij fanum; eiuſq́, & filiorum, ſigna: ac picturæ. Fons ibidem; ad quem cæſus Halirrhotius, ob illatum Alcippæ ſtuprum. Lorica Sarmatica. Themidis templum. Sepulcrum Hippolyti. Veneris τ̃ Πανδήμȣ, *& Suadæ, ſigna; à Theſeo poſita. Telluris* Κȣροτρόφȣ *templum, & Cereris* Χλόης. *Telluris inſuper etiam ara, ab Erichthonio dicata; qui primus ei ſacra fecit, & præſacrificari item deinceps juſſit. Heſychius explicatus. Sacris iſtis interdictum quondam viris.*

IN viâ à theatro ad arcem, ſepultus Talos. Pauſanias. Ἰόντων δὲ Ἀθήνῃσιν ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀπὸ τοῦ θεάτρου, τέθαπται Κάλως. *Euntibus Athenis ad arcem à theatro, Calos ſepultus eſt.* Sed legendum ibi Τάλως, monui pridem, *Areopagi* cap. x. Inde templum Æſculapij occurrebat; dignum inſpectu, ob ſigna Dei, & filiorum: ac picturas. Pauſanias. Τοῦ Ἀσκληπιοῦ τὸ ἱερὸν, ἔς τε τὰ ἀγάλματά ἐστιν, ὁπόσα τοῦ θεοῦ πεποίηται, καὶ τῶν παίδων, καὶ ἐς τὰς γραφὰς, θέας ἄξιον. *Aeſculapij templum, propter ſigna cum ipſius, tum filiorum, & picturas, dignum viſu eſt.* Fons in illo; ad quem filium Neptuni Halirrhothium, cum Alcippen violaſſet, Mars occidit. Pauſanias. Ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ κρήνη, παρ᾽ ᾗ λέγουσι Ποσειδῶνος παῖδα Ἁλιρρόθιον, θυγατέρα Ἄρεως Ἀλκίππην αἰσχύναντα, ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἄρεως. *Eſt fons in eo, ad quem ferunt Halirrhothium, Neptuni filium, cum Alcippen violaſſet,*

Martis

Martis filiam, à Marte occisum. Hunc ipsum fontem esse censeo, de quo Plinius, lib. II. cap. CIII. *Et quæ in Aesculapij fonte Athenis immersa sunt, in Phalerico redduntur.* Inter donaria eius templi, lorica quædam Sarmatica erat. Pausanias. Ἐνταῦθα ἄλλα τε, καὶ Σαυρωματικὸς ἀνάκειται θώραξ. *Hic & alia, & Sarmatica lorica, dedicata.* Retro templum Æsculapij, in viâ eâdem, aliud quoque erat Themidis; ante quod, sepulcrum Hippolyti. Pausanias. Μετὰ δὲ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιοῦ ταύτῃ πρὸς τὴν ἀκρόπολιν ἰοῦσιν, Θέμιδος ναός ἐστι· κέχωσται δὲ πρὸ αὐτοῦ μνῆμα Ἱππολύτῳ. *Ponè fanum Aesculapij, eâdem viâ ad arcem euntibus, Themidis exstat; ante quod, Hippolyti monumentum est.* Deinde Veneris τῆς Πανδήμου, & Suadæ, signa spectabantur, à Theseo posita, cùm is populo in Vrbem ex agris immigrare persuasisset. Pausanias. Ἀφροδίτην δὲ τὴν Πάνδημον, ἐπειδὴ Ἀθηναίους Θησεὺς ἐς μίαν ἤγαγεν ἀπὸ τῶν δήμων πόλιν, αὐτήν τε σέβεσθαι, καὶ τὴν Πειθὼ, κατέστησε. τὰ μὲν δὴ παλαιὰ ἀγάλματα, οὐκ ἦν ἐπ᾽ ἐμοῦ· τὰ δὲ ἐπ᾽ ἐμοῦ, τεχνιτῶν ἦν οὐ τῶν ἀφανεστάτων. *Venerem Vulgarem, item Suadam, Theseus coli instituit; cum è populis quosque suis Athenienses in Vrbem vnam adduxisset. & vetera signa, meâ ætate non exstabant; quæ verò exstabant, artificum erant non ex obscurissimis.* Denique Telluris, cognomento Κουροτρόφου, & Cereris Χλόης, fana erant. Pausanias. Ἔστι δὲ Γῆς Κουροτρόφου, καὶ Δήμητρος ἱερὸν Χλόης. *Est & Telluris* Κουροτρόφου, *& Cereris* Χλόης *templum.* Quod ad Tellurem Κουροτρόφον attinet; primus ei sacra in arce quondam fecit Erichthonius, aramq; item dedicauit, pro acceptis alimentis: statuitque, vt, qui deo, siue deæ, sacra facerent, huic deinceps etiam præsacrificarent. Suidas. Κουροτρόφος, Γῆ.

δὲ θῦσαι φασὶ τὸ πρῶτον Ἐριχθόνιον ἐν ἀκροπόλει· καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι, χάριν ἀποδιδόντα τῇ γῇ τῶν τροφείων· καταστῆσαι δὲ νόμιμον, τοὺς θύοντας τινὶ θεῷ, ταύτῃ προθύειν· Κουροτρόφος, *Tellus. Huic aiunt primum ſacra feciſſe Erichthonium in arce, aramq́; dedicaſſe, gratias reddentem pro acceptis alimentis: deinde inſtituiſſe etiam, qui deo cuipiam ſacra facerent, vti huic præſacrificarent.* Præſacrificationis huius mentio occurrit etiam in fragmento Platonis Comici è Phaone, apud Athenæum, lib. XII.

Πρῶτα μὲν ἐμοί γε Κουροτρόφῳ προθύεται.

Primò quidem mihi Κουροτρόφῳ *præſacrificatur.*

Heſychius Cererem eam facit, non Tellurem. Κουροτρόφος. παιδοτρόφος· ὑφ' ἑτέρων, ἡ Δημήτηρ. Κουροτρόφος. *puerorum nutrix; ab alijs, Ceres eſſe dicitur.* Sed in eo minimè nobis laborandum; ſiquidem Ceres cum Tellure planè eadem. Proclus, in Timæum Comment. IV. Οὕτω δὴ καὶ αὕτη (ἡ Γῆ, ἤγουν Δημήτηρ,) δυνάμεις ἔχει ποικίλας. καὶ, ὡς μὲν τροφὸς, τὴν τελεσιουργικὴν μιμεῖται τάξιν· καθ' ἣν καὶ πάτριον Ἀθηναίοις, Κουροτρόφον αὐτὴν ὑμνεῖν. *Ita ſanè etiam hæc, (ſiue Tellus, ſiue Ceres,) varias habet poteſtates: atque, vt nutrix, conſtitutionem imitatur effectricem; iuxta quam Athenienſes, more apud maiores recepto, eam* Κουροτρόφον *laudant.* Meminit τῆς Κουροτρόφου etiam Herodotus, in Vitâ Homeri. Πορευόμενος δὲ, ἐγχρίμπτεται γυναιξὶ, Κουροτρόφῳ θυούσαις ἐν τῇ τριόδῳ. ἡ δὲ ἱέρεια εἶπε πρὸς αὐτὸν, δυσχεράνασα τῇ ὄψει, Ἄνερ ἀπὸ τῶν ἱερῶν. ὁ δὲ Ὅμηρος ἐς θυμὸν ἔβαλε τὸ ῥηθὲν, καὶ ἤρετο τὸν ἄγοντα, τίς τε ὁ φθεγξάμενος, καὶ τινι θεῶν ἱερὰ θύεται· ὁ δὲ αὐτῷ διηγήσατο, ὅτι γυνὴ εἴη, Κουροτρόφῳ θύουσα. *Cùm iret, in mulieres incidit, quæ in triuio* Κουροτρόφῳ *ſacrificabant: at ſacerdos, aſpectum indignata,*

Vir

Vir absiste sacris, inquit. quod Homerus dictum apud animum reputans, è ductore sciscitatur, quisnam verba hæc dixisset, deinde cui deo sacra illa fierent? isq́ exponit, fœminam esse, Κουροτρόφῳ *sacrificantem.* Vbi illud quoque obserua; sacra facta ei deæ à mulieribus, neque viro intervenire fas fuisse. Thucydides Telluris simpliciter fanum nominat, lib. II. quod hoc ipsum intelligendum est. Τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι, καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, καὶ τὸ Πύθιον, καὶ τὸ τῆς Γῆς. *Fana enim in ipsa arce sunt deorum aliorum; & extra eam, ad hanc maximè Vrbis partem, structa Iouis Olympij, Pythiumq́, & Telluris.* Quod ad Cererem, χλόην cognomento dictam, vide quæ notata mihi *De Festis Græcorum* lib. VI. in χλόεια; quibus nil quod addam habeo. Inde Arx se offerebat; de quâ libro singulari à me dictum, iam vulgato.

CAP. VIII.

Fons. Apollinis fanum, & Panis; item aræ in speluncâ.

DESCENDENTIBVS ex Arce, paullo infra propylæa, fons se dabat; proximumq́; Apollinis illi; & Panis, fanum, in speluncâ. Pausanias. Καταβᾶσι δὲ (ἐκ τῆς ἀκροπόλεως) οὐκ ἐς τὴν κάτω πόλιν, ἀλλ᾽ ὅσον ὑπὸ τὰ προπύλαια, πηγή τε ὕδατός ἐστι, καὶ πλησίον Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐν σπηλαίῳ, καὶ Πανός. *Descendentibus (ex Arce,) non in Vrbem inferiorem, sed paullò infra propylæa, fons occurrit; & Apollinis in propinquo fanum, in specu, item Panis.* De Panis templo, & condendi eius causa, Pausa-

nias narrat, in subiectis statim verbis; & Herodotus, lib. VI. Καὶ ταῦτα μὲν Ἀθηναῖοι. καταστάντων σφίσι εὖ ἤδη τῶν πραγμάτων, πιστεύσαντες εἶναι ἀληθέα, ἱδρύσαντο ὑπὸ τῇ ἀκροπόλι Πανὸς ἱερόν· καὶ αὐτὸν ἀπὸ ταύτης τῆς ἀγγελίης θυσίῃσι ἐπετείῃσι, καὶ λαμπάδι, ἱλάσκονται. *Atque hæc Athenienses, cum bono iam loco res suæ essent, vera credentes, fanum Pani infra arcem statuerunt; ipsumq́ue, ob rem hanc nuntiatam, sacris annuis, & lampadis certamine, propitium sibi reddere student.* Innuit ridens Lucianus, in Bis accusato. Τί φῄς; ἀγνοεῖς τὸν Πᾶνα, τῶν Διονύσου θεραπόντων τὸν βακχικώτατον; οὗτος ᾤκει μὲν τὸ πρόσθεν ἀνὰ τὸ Παρθένιον· ὑπὸ δὲ τὸν Δάτιδος ἐπίπλουν, καὶ τὴν Μαραθῶνάδε τῶν βαρβάρων ἀπόβασιν, ἧκεν ἄκλητος τοῖς Ἀθηναίοις σύμμαχος. καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, τὴν ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλυγγα ταύτην ἀπολαβόμενος, οἰκεῖ μικρὸν ὑπὸ τοῦ Πελασγικοῦ. *Quid ais? an non nôsti Pana illum, ex Bacchi ministris omnium maximè Bacchicum? Hic antea quidem habitabat in Parthenio monte; temporibus verò illis, quibus Datis cum classe est advectus, & Barbari in Marathonem egressi, vltro atque inuocatus venit, Atheniensibus auxilium laturus. Ex eo, speluncâ hâc sub arce acceptâ, habitat paulum infra Pelasgicum.* Nec fanum tantùm eius erat, sed & ara. Oecumenius, in Acta. Κατὰ τὸ Παρθένιον ὄρος Πανὸς φάσμα ἐντυχὸν, ᾐτιᾶτο μὲν Ἀθηναίους, ὡς ἀμελοῦντας μὲν αὐτοῦ, ἄλλους δὲ θεοὺς θεραπεύοντας, καὶ βοηθεῖν ἐπηγγέλλετο. νικήσαντες οὖν, ἐκείνῳ τε ἀνέστησαν ναὸν, καὶ βωμὸν ᾠκοδόμησαν. *Ad Parthenium montem occurrens Panis spectrum, accusabat Athenienses, quod, cùm deos cæteros colerent, se negligerent; nihilominus opem laturum nuntiabat. quamobrem, postquam vicissent, templum ei, item aram, exstruxerunt.* Et Euripides disertè, in Ione.

— οἶδα

——— οἶσθα Κεκροπίας πέτρας,
Πρόσβορρον ἄντρον, ἃς Μακρὰς κικλήσκομεν;
Οἶδ᾽. ἔνθα Πανὸς ἄδυτα, καὶ βωμοὶ πέλας.
——— ——— nôsti Cecropias rupes,
Septentrionale antrum, quas Macras vocamus?
Novi; vbi Panis adyta, & aræ iuxta.

CAP. IX.

Muséum. Musæi locus, vbi caneret; & sepulcrum: item Syri. Amazones ibi castra metatæ. Antigonus, & Demetrius, muniunt; ac præsidium imponunt. Pnyx; in eâ conciones olim habitæ, & coronæ à populo datæ. Sopatri locus emendatus. Tribunal illic, cuius situs à triginta tyrannis inuersus; & solarium. Cimonis quoque cum sorore Elpinice habitatio; & Amazonum cum Atheniensibus pugna. Vnde nomen suum acceperit.

PROPE Arcem, etiam Museum erat. Hîc Musæum, antiquissimum poëtam, canere solitum; & defunctum, etiam sepultum esse, ferebatur. Pausanias. Ἔστι δὲ ἐντὸς τοῦ περιβόλου ἀρχαίου τὸ Μουσεῖον, ἀπ᾽ ἀντικρὺ τῆς ἀκροπόλεως λόφος· ἔνθα Μουσαῖον ᾄδειν, καὶ ἀποθανόντα γήρᾳ ταφῆναι λέγουσιν. *Est intrà vetus septum Museum, è regione arcis collis; vbi Musæum canere solitum, ac confectum senio diem obijsse, & sepultum esse, ferunt.* Et sepulcrum ibi cuiusdam Syri erat. Pausanias subiungit. Ὕστερον δὲ καὶ μνῆμα αὐτόθι ἀνδρὶ ᾠκοδομήθη Σύρῳ. *Posteà verò & Syro cuidam monumentum ibi structum est.* Atque hîc olim, bello

contra Athenienses, castra sua metatæ Amazones. Plutarchus, in Theseo. Οὐδὲ τὴν μάχην συνῆψαν (αἱ Ἀμαζόνες) ἐν χρῷ περὶ τὴν Πνύκα, καὶ τὸ Μουσεῖον· εἰ μὴ, κρατοῦσαι τῆς χώρας, ἀδεῶς τῇ πόλει προσέμιξαν. *Neque comminus pugnassent (Amazones) circa Pnycem, & Museum; nisi, redactâ in potestatem regione, ad Vrbem intrepidè movissent.* Et mox. Μαχέσθαι δὲ πρὸς τοῦτο τοὺς Ἀθηναίους, ἀπὸ τοῦ Μουσείου ταῖς Ἀμαζόσι συμπεσόντας. *Conflixisse verò ad hoc Athenienses, cum Amazonibus à Museo concurrentes.* Antigonus, vt in potestate suâ Athenienses retineret, præsidio imposito, communivit. Pausanias, in Laconicis. Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ἀντισχοῦσιν ἐπὶ μακρότατον, ἐποιήσατο Ἀντίγονος εἰρήνην, ἐφ' ᾧ τε σφίσιν ἐπαγάγῃ φρουρὰν ἐς τὸ Μουσεῖον. *Verùm cum Athenienses diutissimè restitissent, pacem Antigonus eâ conditione fecit, vt præsidium imponeret ipsis in Museo.* Idem postea etiam Demetrius fecit, eius filius. Pausanias, in Atticis, citatis statim verbis subdit. Τότε δὲ Δημήτριος τειχίσας εἶχε. *Tunc verò Demetrius communitum in potestate suâ habebat.* Plutarchus, in Vitâ Demetrij. Ἐπιψηφισθέντων δὲ τούτων, ὁ Δημήτριος αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ προσενέβαλε φρουρὰν εἰς τὸ Μουσεῖον, ὡς μὴ πάλιν ἀναχαιτίσαντα τὸν δῆμον, ἀσχολίας αὐτῷ πραγμάτων ἑτέρων παρέχειν. *Quibus decretis, Demetrius ipse pro auctoritate sua præsidium insuper in Museo collocauit; ne, si iterum descivisset à se populus, à gerendis rebus alijs avocaretur.* Ad Museum, Pnyx jacebat; itidem vicina Arci, vt apparet è citatis statim verbis, cum Pausaniæ, tum Plutarchi. Atque Arci vicinam fuisse, etiam affirmat Pollux, lib. VIII. cap. X. Πνὺξ δὲ ἦν χωρίον περὶ τὴν ἀκρόπολιν. *Pnyx verò locus erat circa Arcem.* Hunc Athenienses locum vt consecrarent, oraculo moniti ferebantur,

rebantur. Apparet ex Athenionis iſtis verbis, apud Athenæum, lib. v. Καὶ μὴ περιίδωμεν τὰ ἱερὰ κεκλεισμένα, αὐχμῶντα δὲ τὰ γυμνάσια, τὸ θέατρον ἀνεκκλησίαστον, ἄφωνα δὲ τὰ δικαστήρια, καὶ τὴν θεῶν χρησμοῖς καθωσιωμένην Πνύκα, ἀφῃρημένην τοῦ δήμου. *Nec fana clauſa negligamus, neque ſqualida gymnaſia, vacuumq; concionibus theatrum, item muta tribunalia, tum oraculis deorum conſecratam olim Pnycem, ereptam populo.* Habebantur verò illic conciones; olim quidem qualeſcunque, poſtea verò illæ tantùm, in quibus magiſtratus aliquis eligendus. Pollux, loco jam citato. Ἐκκλησίαζον δὲ πάλαι μὲν ἐν τῇ Πνυκί. Πνὺξ δ' ἦν χωρίον περὶ τὴν ἀκρόπολιν, κατεσκευασμένον κατὰ τὴν παλαιὰν ἁπλότητα, οὐκ εἰς θεάτρου πολυπραγμοσύνην. αὖθις δὲ τὰ μὲν ἄλλα, ἐν τῷ Διονυσιακῷ θεάτρῳ· μόνας δὲ τὰς ἀρχαιρεσίας ἐν τῇ Πνυκί. *Olim conciones habebant in Pnyce; qui locus eſt circa Arcem, antiqua ſimplicitate factus, non ad theatri curioſitatem: nunc cætera quidem, in theatro Bacchi fiunt; at in Pnyce magiſtratus tantùm legitur.* Heſychius ait, olim omnes illic conciones habitas; verùm poſtea hîc conventum tantùm eſſe, cum prætorem eligere vellent. Πνὺξ, τόπος Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ ἐκκλησίαι πάλαι μὲν ἤγοντο πᾶσαι· νῦν δὲ ἅπαξ, ὅταν στρατηγὸν χειροτονῶσιν. *Pnyx, locus Athenis, in quo olim conciones quidem omnes habebantur; at nunc tantùm, cum prætorem eligere volunt.* Populoq; hîc duntaxat coronare quempiam permiſſum erat. Sopater, in Hermogenem. Νόμου (ὄντος) μὴ ἐν τῷ θατέρῳ στεφανοῦσθαι τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον, ἀλλ' ἐν τῇ Πνυκί. *Cum lex eſſet, ne in altero quiſquam à populo coronaretur, ſed in Pnyce.* Sed corrupta illic verba ſic reſtituo; Μὴ ἐν τῷ θεάτρῳ στεφανοῦσθαι. *Ne in theatro coronaretur.* Syrianus, in eundem. Νόμος δέ ἐστιν, ὁ

κωλύων

κωλύων, μὴ εἰσφέρειν γράμματα· δεύτερον δὲ, μὴ ἐξεῖναι ἐν θεάτρῳ στεφανοῦσθαι, ἀλλ' ἐν Πνυκί. *Lex est, quæ vetat, ne literæ vllæ inferantur; Deinde, ne quis in theatro coronetur, sed in Pnyce.* Hoc nimirum est, quod Æschines dicit, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, *in concione*; quia illic conciones, vt ostendi, haberi solitæ. Verba ecce ex Oratione in Ctesiphontem ista. Ὁ γὰρ νόμος διαῤῥήδην κωλύει, ἐὰν μέν τινα στεφανοῖ ἡ βουλὴ, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ἀνακηρύττεσθαι· ἐὰν δὲ ὁ δῆμος, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ἄλλοθι δὲ, μηδαμοῦ. *Lex enim expresse vetat, si senatus coronare aliquem velit, id in curia vt renuntiet; quod si populus, vt in concione fiat: alibi, nullo modo licitum.* Et mox. Εἰσὶ τῇ πόλει δύο νόμοι κείμενοι περὶ τῶν κηρυγμάτων· εἷς μὲν, ὃν νῦν ἐγὼ παρέχομαι, διαῤῥήδην ἀπαγορεύοντα, τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον, μὴ κηρύττεσθαι ἔξω τῆς ἐκκλησίας. *Duæ sunt Vrbi leges positæ, de renuntiationibus; vna est, quam nunc exhibeo, disertè vetans, ne, quem populus coronat, extra concionem renuntietur.* Cicero dicit, *in concione*, lib. De opt. gen. orat. *Cùm esset lex Athenis, qui à populo (corona) donaretur,* IN CONCIONE *donari debere.* Erat autem ibi tribunal, versus mare; mox inversum à Triginta. Plutarchus; in Themistocle. Καὶ τὸ βῆμα τὸ ἐν Πνυκὶ πεποιημένον, ὥστ' ἀποβλέπειν πρὸς τὴν θάλασσαν, ὕστερον οἱ τριάκοντα πρὸς τὴν χώραν ἀπέστρεψαν· οἰόμενοι, τὴν μὲν κατὰ θάλασσαν ἀρχὴν, γένεσιν εἶναι δημοκρατίας· ὀλιγαρχίᾳ δὲ ἧττον δυσχεραίνειν τοὺς γεωργοῦντας. *Et tribunal, quod in Pnyce, ita factum, vt prospiceret in mare, posteà Triginta tyranni in terram verterunt: arbitrati, imperium maris, popularis principatus initium esse; sed colendis agris deditos, paucorum dominatu minus offendi.* Solarium quoque spectabatur, propè murum; eo loco, vbi conciones habitæ:

Πρὸ

idq́; ante Pythodori archontis tempora. Suidas, in Μέτων. Πρὸ Πυθοδώρου δὲ ἡλιοτρόπιον ἦν ἐν τῇ νῦν οὔσῃ ἐκκλησίᳳ πρὸς τῷ τείχει τῷ ἐν Πνυκί. *Ante Pythodorum solarium erat, vbi nunc concio est, ad murum in Pnyce.* Cimon etiam, cum sorore Elpinice, ibi domum habuisse memoratur. Anonymus, in Argumento in Cimonem Aristidis. Δίδυμος δέ φησιν, οὐχ ὅτι (ὁ Κίμων) ἐλακώνιζεν, ἀλλ' ὅτι ἐν Πνυκὶ τῇ ἀδελφῇ συνῆν. *Didymus verò auctor, non Laconibus studuisse Cimonem; sed in Pnyce, cum sorore, habitasse.* Memorabilis item locus prœlio Atheniensium, quod cum Amazonibus habitum. Ecce, in citatis iam Plutarchi verbis. Οὐδὲ τὴν μάχην συνῆψαν ἐν χρῷ περὶ τὴν Πνύκα. *Neq. comminus pugnassent iuxta Pnycem.* Et posteà. Ἱστορεῖ δὲ Κλείδημος, ἐξακριβοῦν τὰ καθ' ἕκαστα βουλόμενος, τὸ μὲν εὐώνυμον τῶν Ἀμαζόνων κέρας, ἐπιστρέφειν πρὸς τὸ νῦν καλούμενον Ἀμαζόνειον· τῷ δὲ δεξιῷ, πρὸς τὴν Πνύκα κατὰ τὴν Χρύσαν ἥκειν. *Narrat Clidemus, singulatim exactè omnia exsequi cupiens, sinistrum quidem Amazonum cornu, ad Amazonium nunc vocatum declinasse; dextrum verò, ad Pnycem vsque iuxta Chrysam pervenisse.* Vnde nomen illi datum, Suidas tradit. Πνὺξ, ἐκκλησία· παρὰ τὴν τῶν λίθων πυκνότητα· ἢ ἀπὸ τοῦ πυκνοῦσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν τῇ ἐκκλησίᳳ. *Pnyx, concio; à lapidum densitate: vel quod homines in concione frequentes convenirent.* Videndi quoque Harpocration, Etymologici Auctor, Eustathius, ad Iliad. ψ; & Scholiastes Aristophanis, Pluto.

CAP. X.

Apollinis Pythij templum, à Pisistrato exstructum. Tripodes illic; dedicati ab ijs, qui choris circularibus vicissent: item ara, à Pisistrato nepote, Hippiæ filio, ædificata. Gorgiæ Leontini statua aurea. Amazonium, dedicatum ab Amazonibus; quarum etiam columna. Fanum Herculis, τοῦ Μηνυτοῦ cognomento. Corona, furto ex Arce ablata, Sophocli somnianti ab Hercule indicata. Fanum Proserpinæ, & Dianæ τῆς Λυσιζώνου; item Aegei.

RESTANT templa, aræ, signa, statuæ, loca, aliaq́; promiscuè mihi, vt obseruata, enarranda; quæ Pausanias aut omisit vniuersa, aut non suo loco dixit. Primo loco, APOLLINIS PYTHII templum occurrit. Eius meminit Thucydides, lib. II. Τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι, καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται· τότε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, καὶ τὸ Πύθιον. *Fana enim in ipsâ arce sunt deorum aliorum; & extra eam, ad hanc maximè Vrbis partem, structa Iouis Olympij, Pythiumq́.* Meminit etiam Philostratus, in Herode, Sophist. lib. II. Exstruxit autem id Pisistratus. Suidas. Πύθιον, ἱερὸν Ἀπόλλωνος Ἀθήνησιν, ὑπὸ Πεισιστράτου γεγονός· εἰς ὃ τοὺς τρίποδας ἐτίθεσαν, οἱ τῷ κυκλίῳ χορῷ νικήσαντες τὰ Θαργήλια. *Pythium, Apollinis Athenis templum, à Pisistrato factum; in quo tripodes reponebāt, qui choro circulari Thargelia vicissent.* Vbi obserua, dedicasse illic tripodes, qui

Thar-

Thargelia choro circulari viciſſent. De ſtructurâ huius templi, vide *Piſiſtratum* noſtrum, cap. IX. Aram ibi eidem deo conſecrauit huius Piſiſtrati cognominis ex Hippiâ filio nepos. Thucydides, lib. VI. Πεισίστρατος, ὁ Ἱππίου τοῦ τυραννεύσαντος υἱός, τοῦ πάππου ἔχων τοὔνομα, ὃς τῶν δώδεκα θεῶν βωμὸν, τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἄρχων ἀνέθηκε, καὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν Πυθίου. *Piſiſtratus, Hippiæ tyranni filius, aui nomine nuncupatus; qui, cum archon eſſet, duodecim deorum aram, quæ in foro eſt, dedicauit; & Apollinis, quæ in Pythio.* Et appoſitum Epigramma, quod commemorat mox Thucydides, eodem loco. Τοῦ δ' ἐν Πυθίου (βωμοῦ) ἔτι καὶ νῦν δῆλόν ἐστιν, (τὸ ἐπίγραμμα,) ἀμυδροῖς γράμμασι λέγον τάδε·

Μνῆμα τόδ' ἧς ἀρχῆς Πεισίστρατος, Ἱππίου υἱός,
Θῆκεν Ἀπόλλωνος Πυθίου ἐν τεμένει.

Eius verò (aræ) quæ in Pythij Apollinis templo erat, etiamnum tota exſtat (inſcriptio,) literis penè evanidis, iſtis verbis;

Monumentum hoc magiſtratus ſui Piſiſtratus, Hippiæ filius,
Poſuit Apollinis Pythij in templo.

In hâc arâ cùm Gorgias Leontinus Pythicam Orationem recitaſſet, ſtatua ibi aurea illi collocata eſt. Philoſtratus, in eius Vitâ, Sophiſt. lib. I. Ἐμπρέπων δὲ καὶ ταῖς τῶν Ἑλλήνων πανηγύρεσι, τὸν μὲν λόγον τὸν Πυθικὸν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ ἤχησεν· ἐφ' οὗ καὶ χρυσοῦς ἀνετέθη ἐν τῷ Πυθίου ἱερῷ. *Præſtans verò etiam in publicis Græcorum conuentibus, orationem quidem Pythicam pronuntiauit ex arâ, in quâ etiam ſtatua ei aurea poſita eſt, in Apollinis Pythij fano.* Erat porrò etiam templum, AMAZONEION nuncupatum; quod Amazones condidiſſent. Harpocration. Ἀμαζόνειον. Ἰσαῖος διείλεκται, ἐν τῷ Πρὸς Διοκλέα, περὶ τῆς Ἀμαζόνων ἀφιερώσεως Ἀθήνησιν·

ἐστι δὲ ἱερὸν, ὃ Ἀμαζόνες ἱδρύσαντο. *Amazonéum. Isæus, in Oratione adversus Dioclem, disserit de Amazonum Athenis dedicatione: est autem fanum, quod Amazones dedicârunt.* Suidas. Ἀμαζόνειον, ἱερὸν, ὃ Ἀμαζόνες ἱδρύσαντο. *Amazonéum, templum, quod Amazones dedicârunt.* Stephanus locum dicit, vbi Theseus Amazones fuderit. Ἀμαζόνειον, τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἔνθα Θησεὺς τῶν Ἀμαζόνων ἐκράτησε. *Amazonéum, locus Atticæ, vbi Theseus Amazones deuicit.* Meminit eius Plutarchus, in Vitâ Thesei. Ἱστορεῖ δὲ Κλείδημος, ἐξακριβοῦν τὰ καθ' ἕκαστα βουλόμενος, τὸ μὲν εὐώνυμον τῶν Ἀμαζόνων κέρας ἐπιστρέφειν πρὸς τὸ νῦν καλούμενον Ἀμαζόνειον. *Narrat Clidemus, singulatim exactè omnia persequi cupiens, sinistrum quidem Amazonum cornu ad Amazonéum nunc vocatum declinasse.* Erat & columna quædam, Ἀμαζονὶς στήλη dicta. Meminit Æschines philosophus, in Axiocho. Ὡς δὲ θᾶττον τὴν παρὰ τὸ τεῖχος ᾔειμεν, τὰς Ἰτωνίας (πλησίον γὰρ ᾤκει τῶν πυλῶν, πρὸς τῇ Ἀμαζονίδι στήλῃ,) καταλαμβάνομεν αὐτόν. *Cùm autem ocyus iremus viâ quæ præter mœnia ducit, ad portam Iconiam (siquidem iuxta hanc habitabat, ad columnam Amazoniam,) ipsum assecuti sumus.* Erat quoq; templum HERCVLIS ΤΟΥ ΜΗΝΥΤΟΥ; Inde dictum, quod coronam quandam auream, ex Arce ablatam furto, Sophocli Hercules dormienti indicasset. Scholiastes Sophoclis, in eius Vitâ. Γέγονε δὲ καὶ θεοφιλὴς ὁ Σοφοκλῆς, ὡς οὐκ ἄλλος· καθά Ἱερώνυμος φησὶν, ἐν τῷ Περὶ τοῦ χρυσῆς στεφάνης. ταύτης γὰρ ἐξ ἀκροπόλεως κλαπείσης, κατ' ὄναρ Ἡρακλῆς ἐμήνυσε Σοφοκλεῖ, λέγων, τὴν οὖσαν οἰκίαν ἐν δεξιᾷ εἰσιόντι ἐρευνῆσαι, ἔνθα ἐκρύπτετο. ἐμήνυσε δὲ αὐτὴν τῷ δήμῳ, καὶ τάλαντον ἐδέξατο· οὕτω γὰρ ἦν προκηρυχθέν· λαβὼν οὖν τὸ τάλαντον, ἱερὸν ἱδρύσατο ΜΗΝΥΤΟΥ ΗΡΑΚΛΕΟΣ. *Erat verò dei amans*

Sophocles,

Sophocles, quantum quiſquam; vti refert Hieronymus, libro De coronâ aureâ: quæ ex Arce cum ſubducta furto eſſet, eam Hercules dormienti indicauit, dicens, vt inquirerent domum, ad ſiniſtram introitus ſitam, in quâ occultata eſſet. Itaque indicauit populo; & talento mox accepto, quod propoſitum erat præmium, templum exſtruxit HERCVLI INDICI. Cicero pateram, non coronam, ablatam dicit, De Diuin. lib. I. *Adiungam philoſophis doctiſſimum hominem, poëtam quidem diuinum, Sophoclem: qui, cùm ex æde Herculis patera aurea grauis ſurrepta eſſet, in ſomnis vidit ipſum deum dicentem, qui id feciſſet. quod ſemel ille, iterumq́ue, neglexit. Vbi idem ſæpius, aſcendit in Areopagum, detulit rem. Areopagitæ comprehendi iubent eum, qui à Sophocle erat nominatus. Is, quæſtione adhibita, confeſſus eſt, pateramq́ue retulit. Quo facto, fanum illud* INDICIS HERCVLIS *nominatum eſt.* Rem, ſine Herculis cognomento, narrat nobis, & coronam etiam dicit, Tertullianus, De Animâ, cap. XLVI. *Coronam auream cum ex Arce Athenæ perdidiſſent, Sophocles tragicus ſomniando redinuenit.* Cognomentum, ſine Hiſtoriâ, ſtrictim Heſychius. Μηνυτὴς, Ἡρακλῆς ἐν Ἀθήναις. *Index, Hercules Athenis.* Et Proſerpinæ fanum alibi, ΦΕΡΕΦΑΤΤΙΟΝ nuncupatum. Meminit Demoſthenes, in Cononem. Καὶ ἡμῖν συμβαίνει ἀποστρέφουσιν ἀπὸ τοῦ Φερεφαττίου, καὶ περιπατοῦσι πάλιν κατ' αὐτό πως τὸ Λεοκώριον εἶναι. *Acciditq́ue vt, digreſſi à Proſerpinæ, & obambulantes iterum, circa Leocorium eſſemus.* Item DIANÆ ΤΗΣ ΛΥΣΙΖΩΝΟΥ. Scholiaſtes Apollonij, lib. I. Λύουσι τὰς ζώνας αἱ πρώτως τίκτουσαι, καὶ ἀνατιθέασιν Ἀρτέμιδι. ὅθεν καὶ Λυσιζώνης Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν Ἀθήναις. *Soluunt Zonas, quæ primùm pariunt; & Dianæ*

eas dicant: unde Dianæ Λυσιζώνης *fanum Athenis.* Item ÆGEI. Suidas. Αἰγεῖον. τὸ τοῦ Αἰγέως μαντεῖον. Δείναρχος, ἐν τῷ Κατὰ Πολυεύκτου. Αἰγεῖόν ἐστιν Αἰγέως ἡρῷον ἐν Ἀθήναις. *Aegeum, Aegei oraculum. Dinarchus, in Oratione Contra Polyeuctum. Aegéum, est Aegei fanum Athenis.* Quæ totidem verbis Harpocration.

CAP. XI.

Veneris templum; & Cupido formosissimus, rosis coronatus, Zeuxidis pictura. Etiam Λαμίας *Veneris, ac* Λεαίνης*, alia templa: Aeaci quoque, Cychreiq́, & Perdicis; tum Populi, & Gratiarum: vbi Hyrcani, Iudæorum pontificis, statua ænea. Phoribantéum. Phorbas, rex Curetum, ab Erechtheo interfectus. Venus* Ψίθυρος*, & Cupido. Mercurius* Ψιθυριστὴς*, &* Ἡγεμόνιος.

ETIAM VENERIS quoddam erat; in quo Zeuxidis pictura spectabatur, Amor, formâ eleganti, & rosis coronatus. Aristophanes, Acharnensibus.

Ὦ Κύπριδι τῇ καλῇ, καὶ χάρισι ταῖς φίλαις,
Ξύντροφε Διαλλαγή,
Ὡς καλὸν ἔχουσα τὸ πρόσωπον ἄρ' ἐλάνθανες.
Πῶς ἂν ἐμὲ καὶ σέ τις Ἔρως ξυναγάγοι λαβών,
Ὥσπερ ὁ γεγραμμένος, ἔχων στέφανον ἀνθέμων;
O Veneris atque Charitum socia, litium
Compositio decens,
Quàm tibi venusta facies? quid ita tecta eras?
Quomodo Cupido aliquis me tibi jugauerit:
Qualis hic in æde roseo capite pictus est?

Ybi

Vbi Scholiastes. Ζεῦξις ὁ ζωγράφος ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀφροδίτης ἐν ταῖς Ἀθήναις ἔγραψε τὸν Ἔρωτα, ὡραιότατον, ἐστεμμένον ῥόδοις. *Zeuxis pictor in templo Veneris Athenis pinxit Cupidinem, formosissimum, rosis coronatum.* Erant alia eiusdem deæ illic templa; cum ΛΕΑΙΝΑΣ, & ΛΑΜΙΑΣ, cognomento: assentatione nimiâ in Demetrium, cuius hæ amasiæ erant, ab Atheniensibus structa. Athenæus, lib. VI. Δημοχάρης γοῦν, ὁ Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος ἀνεψιὸς, ἐν τῇ εἰκοστῇ τῶν ἱστοριῶν, διηγούμενος περὶ ἧς ἐποιοῦντο οἱ Ἀθηναῖοι κολακείας πρὸς τὸν Πολιορκητὴν Δημήτριον, καὶ ὅτι τοῦτ' οὐκ ἦν ἐκείνῳ βουλομένῳ, γράφει οὕτως. Ἐλύπει μὲν καὶ τούτων ἔνια αὐτὸν, ὡς ἔοικεν, οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἄλλα γε παντελῶς αἰσχρὰ, καὶ ταπεινὰ, Λεαίνης μὲν καὶ Λαμίας Ἀφροδίτης ἱερά. *Demochares itaque, Demosthenis oratoris consobrinus, libro vigesimo Historiarum, cum assentationes explicat, quibus Demetrio, cognomine Poliorcetæ, adblanditi sunt Athenienses, etsi inuito, ita scribit: Horum quædam, vt apparebat Demetrium offenderunt; quin etiam alia insuper, prorsus fœda, & humilia: Leænæ & Lamiæ Veneris fana.* Item ÆACI. Hesychius. Αἰάκειον. Ἀθήνησι τὸ Αἰακοῦ τέμενος. *Aeacontéum. Aeaci fanum Athenis.* Herodotus, lib. v. Τῷ ἑνὶ καὶ τριακοστῷ (ἔτει), Αἰακῷ τέμενος ἀποδείξαντας, ἄρχεσθαι τοῦ πρὸς Αἰγινήτας πολέμου. *Anno tricesimo primo, cum fanum Aeaco dedicassent, bellum adversum Aeginetas inchoarent.* Meminit Plutarchus quoque, vt & CYCHREI, in Vitâ Thesei. Αἰακόν τε γὰρ Ἑλλήνων ὁσιώτατον νομίζεσθαι, καὶ Κυχρέα τιμὰς θεῶν ἔχειν Ἀθήνησι. *Aeacum enim Græcorum sanctissimum existimari, & Cychreum diuino honore affici Athenis.* Etiam PERDICIS, Dædali sororis, ex Eupalamo patre: erat autem iuxta Arcem. Suidas. Πέρδικος ἱερὸν, παρὰ τῇ ἀκρο-

ἀκροπόλει. Εὐπαλάμῳ γὰρ ἐγένοντο παῖδες, Δαίδαλος, καὶ Πέρδιξ· ἧς υἱὸς Κάλως, ᾧ φθονήσας ὁ Δαίδαλος τῆς τέχνης, ἔρριψεν αὐτὸν κατὰ τῆς ἀκροπόλεως. ἐφ' ᾧ ἡ Πέρδιξ ἑαυτὴν ἀνήρτησεν. Ἀθηναῖοι δὲ αὐτὴν ἐτίμησαν. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Κωμικοῖς, τὸν ὑπὸ Δαιδάλου ἀναιρεθέντα, Πέρδικα εἶναι τοὔνομα. *Perdicis fanum iuxta arcem erat. Eupalamo enim liberi erant, Dædalus, & Perdix; cui item filius Perdix. huic Dædalus cùm ob artem inuideret, ipsum de arce præcipitauit. Quam ob causam cùm se Perdix suspendisset, Athenienses ei honores decreuerunt. Sophocles verò in Comicis, eum, qui à Dædalo cæsus, Perdicem vocatum tradit.* Quæ totidẽ verbis Apostolius Cent. XV. Prouerb. XCVI. Vbi obserua, Perdicem dici non sororem ipsam Dædali, sed filium eius. Sic Hyginus, Mytholog. cap. XXXIX. *Dædalus, Eupalami filius, qui fabricam à Minerva dicitur accepisse, Perdicem, sororis suæ filium, propter artificij inuidiam, quod is primùm serram invenerat, summo tecto deiecit.* Iterum, cap. CCLXXIV. *Perdix, Dædali sororis filius, & circinum, & serram ex piscis spina, reperit.* Sophoclis verò in Comicis locus, quem respexit Suidas, iste est apud Athenæum, lib. IX.

—— ὄρνιθος ἦλθ' ἐπώνυμος
Πέρδικος, ἐν κλεινοῖς Ἀθηναίων πάγοις.

—— auis venit cognominis
Perdicis, in inclytos Atheniensium colles.

Nullum dubium est, quin narrationis eius sit fragmentum. Meminit Perdicis huius etiam Apollodorus, extremo III. Inuenio etiam PHEREÆ; quæ peregrina dea erat, aliisque Hecate esse credebatur. Hesychius. Φερεά, Ἀθήνησι ξενικὴ θεός. οἱ δέ, τὴν Ἑκάτην. *Pherea, dea peregrina Athenis; quam alij Hecaten arbitrantur.* Etiam POPVLI

&CHA-

& CHARITVM. Iosephus, Antiqu. Iud. lib. XIV. cap. XVI; vbi decretum Atheniensium quoddam refert. Δέδοκται δὲ καὶ νῦν, Θεοδοσίου τοῦ Θεοδώρου Σουνιέως εἰσηγησαμένου, καὶ περὶ τῆς ἀνδρὸς ἀρετῆς ὑπομνήσαντος, καὶ ὅτι προαίρεσιν ἔχει ποιεῖν ἡμᾶς ὅτι ποτ᾽ ἂν δύναται ἀγαθὸν, τιμῆσαι τὸν ἄνδρα χρυσῷ στεφάνῳ ἀριστείῳ κατὰ τὸν νόμον, καὶ στῆσαι αὐτοῦ εἰκόνα χαλκῆν ἐν τῷ τεμένει τοῦ Δήμου καὶ τῶν Χαρίτων. *Visum est nunc, Theodosio Theodori Suniensi referente, populumque de virtute huius viri admonente, & propenso ad benè faciendum animo, quotiescunque occasio se datura esset, honorare ipsum coronâ aureâ virtutis ergo iuxta legem, statuamque ex ære item collocare in templo Populi & Charitum.* Erat autem ea statua, de quâ agit, Hircani, Iudæorum pontificis, vt ex antecedentibus clarum. Cultas autem Athenis Gratias, nempe Auxonem, & Hegemonem, testis etiam Pausanias, in Bœoticis· Τιμῶσι γὰρ ἐκ παλαιοῦ καὶ Ἀθηναῖοι Χάριτας, Αὐξὼ, καὶ Ἡγεμόνην. *Venerantur enim iam ab antiquis temporibus Athenienses Gratias, Auxonen, & Hegemonen.* Item PHORBANTEVM erat; quod Phorbanti dedicatum, regi Curetum, ab Erechtheo interfecto. Harpocration. Φορβάντειον. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατὰ Πατροκλέους. ὅτι τὸ Ἀθήνησι Φορβάντειον ὠνομάσθη ἀπὸ Φόρβαντος, βασιλεύσαντος Κουρητῶν, καὶ ὑπ᾽ Ἐρεχθέως ἀναιρεθέντος, δεδήλωκεν Ἄνδρων. *Phorbanteum; Hyperides, in Oratione Aduersus Patroclem. quod autem Phorbanteum Athenis de Phorbante nuncupatum, rege Curetum, ab Erechtheo interfecto, Andron refert.* Quæ totidem pænè verbis Suidas, & Etymologici Auctor. Meminit eius Andocides, in Orat. *περὶ μυστηρίων.* Αἰσθόμενος δὲ ὁ Εὐφίλητος, ὡς ἤκοιμι, λέγει πρὸς αὐτοὺς, ὅτι πέπεισμαι ταῦτα συμποιεῖν, καὶ ὡμολόγηκα αὐτῷ μεθέξειν τοῦ ἔργου, καὶ περικόψειν τὸν Ἑρμῆν, τὸν

περὶ τὸ Φορβάντειον. *Cum sentiret Euphiletus, me venire, inquit illis; me persuasum eadem facere, & pollicitum, manum vna operi admovere velle, ac Mercurij, quæ ad Phorbantium est, statuam amputare.* Phorbantis verò, tanquam Attici herois, meminit Hesychius. Φόρβας, Ἀττικὸς ἥρως. *Phorbas, heros Atticus.* Sua denique siue templa, siue signa, aut altaria, habuerunt, VENVS ΨΙΘΥΡΟΣ, & CVPIDO eodem item cognomento, ac MERCVRIVS ΨΙΘΥΡΙΣΤΗΣ. De quibus vide quæ notaui Attic. Lect. lib. IV. cap. XII. Erat & MERCVRIVS ΗΓΕΜΟΝΙΟΣ. Scholiastes Comici, Pluto. Κατὰ χρησμὸν οἱ Ἀθηναῖοι Ἡγεμόνιον Ἑρμῆν ἱδρύσαντο. *Athenienses iussu oraculi Mercurium Hegemonium dedicârunt.*

CAP. XII.

Iupiter Πατρῷος, *& Apollo. Quâ de causâ vterq; ita nuncupatus. Harpocration restitutus. Apollo* Πατρῷος, *idem qui* Πύθιος; *& per eum in Ardetto iusiurandum dari solitum.*

Ἔνθρυπτος.

IVPITER, & Apollo, vterq; Πατρῷος cognomento appellatus. Res est nota; non origo, quam obseruo apud Scholiasten Comici, ad Νεφέλας. Πατρῷος Ζεὺς μὲν, μετὰ τὴν ἐν Ἀρκαδίᾳ ς ἢ, ὥς ἕτεροι, μετὰ τὴν ἐν Κρήτῃ ἀνατροφὴν, ὅτε πρῶτον ταῖς Ἀθήναις ἐπέστη, καὶ ἐφάνη τοῖς πατράσιν αὐτῶν· οἵτινες ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ τετιμήκασιν αὐτόν. Ἀπόλλων δὲ, ὅτι Ἐρεχθέως θυγατέρα ἔγημε τὴν Κρέουσαν, ἐξ ἧς γίνεται ὁ Ἴων. *Iupiter quidem dictus est* Πατρῷος, *quod, post educationem*

tionem in Arcadiâ, siue Cretâ, vt alij volunt, primùm Athenas venit, ac maioribus eorum se ostendit, qui hoc eum cognomento honorârunt: Apollo verò, quod Creusam, Erechthei filiam, vxorem duxit, è quâ Ion est prognatus. Et mox ibidem. Τιμᾶται παρ' Ἀθηναίοις Ζεὺς Πατρῷος, καὶ Ἀπόλλων· διὰ τὸ πρώτους ὑποδέξασθαι τὼ θεὼ εἰς τὴν χώραν, καὶ θυσίαν συντελέσαι κατὰ φρήτρας, καὶ δήμους, καὶ συγγενείας, μόνους Ἑλλήνων. *Colitur apud Athenienses Iupiter* Πατρῷος, *& Apollo; quia primi Græcorum deum vtrunque in terram suam receperunt, tum & sacra fecerunt, per tribus, populos, ac familias cognatas.* Plato, Euthydemo. Εἶτα τοῖς ἄλλοις, ἔφη, Ἀθηναίοις οὐκ ἔστι Ζεὺς ὁ Πατρῷος; οὐκ ἔστιν, ἦν δ' ἐγὼ, αὕτη ἐπωνυμία Ἰώνων οὐδενὶ, οὐδ' ὅσοι ἐκ ταύτης τῆς πόλεως ἀπῳκισμένοι εἰσὶν, οὐδ' ἡμῖν· ἀλλὰ Ἀπόλλων Πατρῷος, διὰ τὴν τοῦ Ἴωνος γένεσιν. *Deinde alijs, inquit, Atheniensibus an non est* Πατρῷος *Iupiter? non est, inquam, hoc cognomen vlli Ionum, nec colonis ab hâc Vrbe: sed Apollo est* Πατρῷος, *ob natiuitatem Ionis.* Ac Iouis quidem, meminit etiam Arrianus in Epictetum, lib. III. cap. XI. Πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες τοῦ Πατρῴου. *Omnes enim sunt à Ioue Patrio.* De Apolline, plures tradunt. Harpocration. Ἀπόλλων Πατρῷος, ὁ Πύθιος. προσηγορία δ' ἐστι τοῦ θεοῦ, πολλῶν καὶ ἄλλων οὐσῶν. τὸν δὲ Ἀπόλλω κοινῶς Πατρῷον τιμῶσιν Ἀθηναῖοι, ἀπὸ Ἴωνος. τούτου γὰρ οἰκήσαντος τὴν Ἀττικὴν, Ἀριστοτέλης φησὶ τοὺς Ἀθηναίους Ἴωνας κληθῆναι, καὶ Ἀπόλλωνα Πατρῷον αὐτοῖς ὀνομασθῆναι. *Apollo Patrius, qui & Pythius. Cognomen dei est, qualia item alia multa. Apollinem verò communiter Patrium colunt Athenienses, ab Ione. quippe, illo Atticam inhabitante, Athenienses Aristoteles Iones vocatos tradit, & Apollinem ipsis Patrium nuncupatum.* Ita enim locum illum, hodie

non vno mendo laborantem, restituendum esse censeo. Erat verò idem cum eo, qui Πύθιος aliàs dicebatur. Ecce, in illis Harpocrationis verbis. Ἀπόλλων Πατρῷος, ὁ Πύθιος. *Apollo Patrius, qui & Pythius.* Demosthenes, in Orat. De Coronâ. Καλῶ δ' ἐναντίον ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς θεοὺς ἅπαντας, καὶ πάσας, ὅσοι τὴν χώραν ἔχουσι τὴν Ἀττικήν· καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον, ὃς Πατρῷός ἐστι τῇ πόλει. *Contra vos, ô Athenienses, imploro deos omnes, deasque, quotquot Atticam terram habent; & Pythium Apollinem, qui est Patrius huic Vrbi.* Libanius, Declam. XXIX. Τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον, οὗ τοῖς χρησμοῖς ἀκολουθοῦντες, τὰ μέγιστα τῶν ἔργων ἐπράξαμεν, οὗτος πόνω, ὁ τῇ πόλει Πατρῷος, ἅπαντας τοὺς ἄλλους ὑπερβὰς, τὸν νυνὶ κρινόμενον, ἀνεῖπε σοφώτατον. *Apollinem Pythium, cuius oraculis obsecuti res maximas gessimus. Hic igitur, qui Patrius Vrbi est, cæteros omnes supergressus, eum, qui nunc reus agitur, sapientissimum pronuntiauit.* Aristides, in Panathenaicâ. Πατρῷον τὸν Ἀπόλλω, τὸν Πύθιον. *Apollinem Patrium, qui est Pythius.* Et hunc iurabant in Ardetto. Pollux, lib. VIII. cap. X. Ὤμνυον δ' ἐν Ἀρδήττῳ δικαστηρίῳ Ἀπόλλω Πατρῷον. *Iurabant apud tribunal Ardettum Apollinem Patrium.* Nimirum hic ipse est, de quo Cicero, De Nat. Deorum, lib. III. *Vulcani item complures. primus, Cœlo natus; ex quo Minerua Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui Historici esse voluerunt.* Et mox iterum. *Apollinum antiquissimus is, quem paullò ante ex Vulcano natum esse dixi, custodem Athenarum.* Colebatur Apollo etiam Ἐνθρύπτου cognomento. Suidas, in Ἐνθρυπτον. Καὶ Ἀπόλλων δὲ παρὰ Ἀθηναίοις Ἔνθρυπτος. *Et verò Apollo apud Athenienses Enthryptus.* Totidem verbis Hesychius, in Ἐνθρυπτα.

CAP. XIII.

CAP. XIII.

Templa Iunonis, Iouis Πανελλωίȣ, *& omnium deorum; columnæ etiam centum, & viginti, è lapide Phrygio, Adriani opera. Deorum omnium commune templum,* Πάνθεον *dictum, quale fuerit. Historiæ Græcorum exterius sculptæ; & equi duo, à Praxitele facti: intus scriptum, quæ Adrianus Imp. templa vel fecisset noua, vel antiqua instaurasset: tum donaria, & largitiones eius. Iupiter* Ἐγκύκλιος. *Hesychius correctus.* Ἐπωπετής. Φράτελος. Φράτελον. *Iuno* Θελξινία. *Apollo* Κώνιος. *Neptunus* Ἐλάτης, Κυνάδης, Ἀσφάλιος. *Cranai fanum, & sacerdos, è familiâ Charidarum. Horarum quoque; & in eo aræ Bacchi,* τȣ̃ Ὀρθȣ̃ *cognominati. Inter Horas, Thallo culta; in cuius nomine Pausanias correctus. Aræ Nympharum, ab Amphictyone dedicatæ. Veneris* τῆς Ἑταίρας *fanum, & Eurysacis; cuius etiam ara ibi. Sostratis etiam, & fons ibidem. Denique Imprecationis.*

TEMPLVM IVNONIS, & IOVIS ΠΑΝΕΛΛΗΝΙΟΥ, ac DEORVM OMNIVM tertium, Adrianus Imperator ædificauit; tum columnas centum ac viginti posuit, è Phrygio lapide. Pausanias. Ἀδριανὸς δὲ κατεσκευάσατο μὲν καὶ ἄλλα Ἀθηναίοις, ναὸν Ἥρας, καὶ Διὸς Πανελλωίȣ, καὶ θεοῖς τοῖς πᾶσιν ἱερὸν κοινόν. τὰ δὲ ἐπιφανέστατα, ἑκατὸν εἴκοσι κίονες, Φρυγίȣ λίθȣ. *Adrianus verò cum alia apud Athenienses ædificauit, tum Iunonis, Iouis Panhellenij, & deorum*

deorum omnium commune templum; ac ſpectatæ inter cætera ſunt maximè columnæ centum, è lapide Phrygio. Ac deorum quidem omnium commune templum, Πάνθεον ex re nuncupatum, id magnificentiſſimum fuit; & extrinſecus, ſculptæ Hiſtoriæ Græcorum: deinde ſupra magnam portam equi duo, à Praxitele ſummo artificio facti: ſupereſtque etiam hodie. Theodoſius Zygomalas, in Epiſtolâ, ad Martinum Cruſium ſcriptâ, an. cIↃ IↃ LXXV, vbi de Vrbe Athenienſi illi ſermo, qualis ea hodie exſtat. Τὸ Πάνθεον (ἴδον,) οἰκοδομὴν νικῶσαν πάσας οἰκοδομάς· γλυπτὰς ἐκτὸς διὰ πάσης τῆς οἰκοδομῆς ἔχουσαν τὰς ἱστορίας Ἑλλήνων, καὶ ταῦτα τὰς θείας· καὶ μετὰ τῶν ἄλλων, ἐπάνω τῆς μεγάλης πύλης, ἵππους δύο, φρυασσομένους ἀνδρομέαν εἰς σάρκα, τὸ δοκεῖν ἐμψύχους· οὓς λέγεται, ὅτι ἐλάξευσε Πραξιτέλης. καὶ ἔστιν ἰδεῖν διικνουμένην καὶ λίθων τὴν ἀρετήν. *Pantheum (vidi,) quod eſt ædificium alijs omnibus excellentius; in quo extrinſecus circumquaq; hiſtoriæ Græcorum ſculptæ ſunt, & quidem diuinæ. Inter alia, ſupra magnam portam, duos equos, tanquam frementes in carnem humanam, viuentibus ſimiles, eſt videre; quos Praxiteles feciſſe dicitur: ita vt etiam lapides pertranſire virtus videatur.* Intus, inter cætera, ſcriptum; quænam templa Adrianus Imperator noua feciſſet; vel quæ etiam inſtauraſſet, & donarijs ornaſſet: quæq; ciuitatibus Græcis, barbarisve, conceſſiſſet. Pauſanias. Ὁπόσα δὲ (ὁ Ἀδριανὸς) θεῶν ἱερὰ, τὰ μὲν ᾠκοδόμησεν ἐξ ἀρχῆς, τὰ δὲ καὶ ἐπεκόσμησεν ἀναθήμασι, καὶ κατασκευαῖς, ἢ δωρεὰς πόλεσιν ἔδωκεν Ἑλληνίσι, τὰς δὲ καὶ τῶν βαρβάρων τοῖς δεηθεῖσιν, ἔστιν οἱ πάντα γεγραμμένα Ἀθήνησιν, ἐν τῷ κοινῷ τῶν θεῶν ἱερῷ. *Quæ verò (Adrianus) templa deorum vel noua fecit, vel in melius exſtruxit, ac donarijs ornauit, aut largitus eſt vrbibus Græcis,*

Græcis, Barbarisve, supplicantibus, ea omnia scripta Athenis, in communi deorum æde. Erat quoque IOVIS ΤΟΥ ΕΓΚΥΚΛΙΟΥ. Hesychius indicat. Ἐγκύκλιον, τὸ πανταχοῦ κύκλιον, (ita scribo, non κυκνῶν;) ἢ Ζεὺς, παρ' Ἀθηναίοις. *Encyclium, vbique orbiculatum; vel Iupiter, apud Athenienses.* Etiam ΕΠΩΠΕΤΗΣ colebatur. Hesychius. Ἐπωπετὴς, Ζεὺς παρὰ Ἀθηναίοις. *Epopetes, Iupiter apud Athenienses.* Item ΦΡΑΤΡΙΟΣ. Pollux, lib. I. cap. I. sect. XXIII. Τὰ πολλὰ δὲ τούτων, καὶ ἴδια ἐστὶ τοῦ Διός· ὥσπερ, ὑέτιος· καὶ, ὁ Καταιβάτης· καὶ παρ' Ἀθηναίοις, Φράτριος. *Multa horum, etiam sunt Iouis propria; vti Pluuius, Descensor: & apud Athenienses, Tribulis.* Et templum eius, Φράτριον dictum. Hoc est, de quo idem Pollux, lib. III. cap. IV. Καὶ θεοὶ Φράτριοι, καὶ Φίλιοι· τὸ δὲ ἱερὸν, εἰς ὃ συνῄεσαν, Φράτριον ἐκαλεῖτο. *Et dij Tribules, amicitiæque præsides: templum verò, in quod conueniebant, Tribule dicebatur.* Erat & IVNONIS alibi, cognomento ΘΕΛΞΙΝΙΑΣ. Hesychius. Θελξινία, Ἥρα· τιμᾶται παρ' Ἀθηναίοις. *Thelxinia, Iuno; colebatur apud Athenienses.* Et APOLLINIS ΤΟΥ ΚΥΝΝΙΟΥ. Idem Hesychius. Κυννίδαι, γένος Ἀθήνησιν· ἐξ οὗ ὁ ἱερεὺς τοῦ Κυννίου Ἀπόλλωνος. *Cynnidæ, familia Athenis; è qua sacerdos Apollinis Cynnij.* Colebatur item Neptunus ὁ ΕΛΑΤΗΣ. Hesychius. Ἐλάτης, ὁ Ποσειδῶν ἐν Ἀθήναις. *Elates, Neptunus; Athenis.* Etiam ΚΥΝΑΔΗΣ. Hesychius rursum, alio loco. Κυνάδης, Ποσειδῶν· Ἀθήνησιν ἐτιμᾶτο. *Cynades, Neptunus; Athenis colebatur.* Et ΑΣΦΑΛΕΙΟΣ. Scholiastes Aristophanis, Acharnensibus. Ἀσφάλειος Ποσειδῶν παρὰ Ἀθηναίοις τιμᾶται, ἵνα ἀσφαλῶς πλέωσιν. *Asphalius Neptunus apud Athenienses colebatur, vti tutò nauigarent.* Sed & CRANAVM alibi obseruo. Non disertè illud quidem:

dem memoratur; ſed Heſychius tamen innuit; qui fuiſſe ſacerdotem illi tradit, è familiâ Charidarum. Ecce verba. χαρίδαι· γένος, ἐξ οὗ ὁ ἱερεὺς τοῦ Κραναοῦ. *Charidæ; familia, è qua Cranai ſacerdos.* Erat etiam HORARVM; & in eo aræ BACCHI τοῦ ΟΡΘΟΥ, ac NYMPHARVM: quas rex Amphictyon ibi dedicauerat. Athenæus, lib. II. p. 38
Φιλόχορος δέ φησιν, Ἀμφικτύονα, τὸν Ἀθηναίων βασιλέα, μαθόντα παρὰ Διονύσου τὴν τοῦ οἴνου κρᾶσιν, πρῶτον κεράσαι· διὸ καὶ ὀρθοὺς γενέσθαι τοὺς ἀνθρώπους, οὕτω πίνοντας, πρότερον ὑπὸ τοῦ ἀκράτου καμπτομένους. καὶ διὰ τοῦτο ἱδρύσασθαι βωμὸν Ὀρθοῦ Διονύσου, ἐν τῷ Ὡρῶν ἱερῷ. αὗται γὰρ καὶ τὸν τῆς ἀμπέλου καρπὸν ἐκτρέφουσι. πλησίον δ' αὐτοῦ, καὶ ταῖς Νύμφαις βωμὸν ἔδειμεν, ὑπόμνημα τοῖς χρωμένοις τῆς κράσεως ποιούμενος.* *Philochorus auctor eſt, Amphictyonem, Athenienſium regem, edoctum à Baccho vini diluendi rationem, primum iſtud diluiſſe: qua de cauſa cum incederent homines recti, antea meraco curvi, aram ſtatuit Baccho Recto, in Horarum templo: ea enim vitis fructum educant: prope autem, etiam Nymphis aram poſuit; vt de vino diluendo, ſi qui vti eo vellent, admoneret.* Ac Bacchi Recti iterum meminit, lib. IV. p. 179 c. Τὴν γὰρ σύμμετρον κρᾶσιν τοῦ οἴνου ὑπὸ Ἀμφικτύονος βασιλεύσαντος διδαχθῆναί φησιν Ἀθηναίους· καὶ διὰ τοῦτο ἱερὸν Ὀρθοῦ Διονύσου ἱδρύσασθαι. *Nam aquam vini diluendi rationem didiciſſe Athenienſes ab Amphictyone rege aït; ideoq; Baccho Recto fanum eſſe conſtitutum.* Vbi in eo tamen variat; quod hîc templum, ibi aram poſitam dicat. Inter Horas, quas colebant, vt hoc obiter nunc dicam, Carpo erat, item Thallo; quam poſtremam pari cum Pandroſo cultu proſequebantur. Pauſanias, in Bœoticis. Τὸ γὰρ τῆς Καρποῦς ἐστιν οὐ χάριτος, ἀλλὰ Ὥρας ὄνομα. τῇ δὲ ἑτέρᾳ τῶν Ὡρῶν νέμουσιν

καὶ γὰρ Διονύσου τροφοὶ αἱ Μοῦσαι λέγονται ..... προσεπιλέγειν δὲ τούτῳ (τῷ Διονύσῳ) τὸ τοῦ Διὸς σωτῆρος ὄνομα .... Vide etiam Athen. p. 656 de Horarum cultu.

μοῦσιν ὁμοῦ τῇ Πανδρόσῳ τιμὰς οἱ Ἀθηναῖοι, Θαλλὼ τὴν θεὸν ὀνομάζοντες. Ita enim ibi legendum; non, Θαλλωτὴν θεὸν ὀ. *Carpûs enim nomen non est Gratiæ, sed Horæ. Et Horarum alteri communes cum Pandroso honores habent Athenienses.* Meminitq; eius Clemens, in Protreptico. Αὐξώ τε, καὶ Θαλλὼ, αἱ Ἀττικαί. *Auxo, & Thallo, Atticæ.* Etiam VENERIS τῆς ΕΤΑΙΡΑΣ. Clemens, in Protreptico. Οὐχὶ δὲ Ἀφροδίτῃ Περιβασίῃ μὲν Ἀργεῖοι, Ἑταίρᾳ δὲ Ἀθηναῖοι θύουσιν; *An non Veneri Peribasiæ Argiui, & Hetæræ Athenienses sacra faciunt?* EVRYSACIS quoque templum inuenio, prope forum. Harpocration. Παρὰ τῷ Κολωνῷ εἱστήκεσαν, ὅς ἐστι πλησίον τῆς ἀγορᾶς· ἔνθα τὸ Ἡφαίστειον, καὶ τὸ Εὐρυσάκειόν ἐστι. *Ad Colonum steterant, qui iuxta forum; vbi Vulcani templum est, & Eurysacis.* Pollux lib. VII. cap. XXIX. Ἐν ἀγορᾷ, περὶ τὸ Εὐρυσάκειον. *In foro, iuxta fanum Eurysacis.* Eiusdem ara commemoratur à Pausania. Καὶ γὰρ Εὐρυσάκους βωμός ἐστιν ἐν Ἀθήναις. *Etenim Eurysacis ara est Athenis.* Quin & SOCRATIS quoddam fuit. Marinus, in Vitâ Procli. Ὡς γὰρ εἰς τὸν Πειραιᾶ κατῆρε, καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει κατεμηνύθη τοῦτο, Νικόλαος, ὁ ὕστερον μὲν περιφανὴς ἐπὶ τῇ σοφιστικῇ γενόμενος, τηνικαῦτα δὲ σχολάζων τοῖς ἐν Ἀθήναις διδασκάλοις, κατέβη εἰς τὸν λιμένα, ὡς πρὸς γνώριμον· ὑποδεξόμενός τε αὐτὸν, καὶ ξεναγήσων, ὡς πολίτην. Λύκιος γὰρ καὶ ὁ Νικόλαος. ἦγεν οὖν αὐτὸν ἐπὶ τὴν πόλιν. ὁ δὲ, ἐκ τοῦ βαδίζειν, κόπου ᾔσθετο κατὰ τὴν ὁδόν. καὶ περὶ τὸ Σωκρατεῖον, οὔπω εἰδὼς, οὔτε ἀκηκοὼς, ὅτι Σωκράτους αὐτοῦ που ἐγίγνοντο τιμαὶ, ἠξίου δὲ τὸν Νικόλαον ἐπιμένειν τε αὐτόθι βραχὺ, καὶ καθέζεσθαι. ἅμα δὲ, καὶ εἰ ἔχοι ποθὲν ὕδωρ, αὐτῷ πορίσασθαι. καὶ γὰρ δίψει πολλῷ, ὡς ἔλεγε, κατείχετο. *Cum ad Piræeum appulisset, idq; ijs, qui in Vrbe, nuntiatum etiam esset, Nicolaus, qui deinde in dicendi arte floruit, & Athenis eo*

tempore doctoribus operam dabat, descendit ad portum, excepturus eum, & hospitio habiturus, velut civem; quippe Lycius etiam Nicolaus erat: itaque deduxit in Vrbem. Ille verò, cùm se lassum ex itinere sentiret per viam, apud Socratis sacellum, cùm nec sciret ipse quicquam, neque vnquam audivisset, ibi loci Socratem coli, rogauit Nicolaum, vt subsisteret paulisper, ac consideret; tum, si posset, aquam sibi alicunde suppeditaret: siquidem, vt inquiebat, magnâ siti laborabat. Ac fons juxta. Marinus ibidem. Ὁ δὲ, ἑτοίμως αὐτῷ καὶ τοῦτο, οὐκ ἀλλαχόθεν ποθὲν, ἐξ αὐτοῦ δὲ ἐκείνου τοῦ ἱεροῦ χωρίου, ἐπέταξε φέρεσθαι. οὐδὲ γὰρ πόρρω ἦν ἡ πηγὴ τῆς Σωκράτους στήλης. πιόντι δὲ αὐτῷ, σύμβολον ὁ Νικόλαος καὶ τότε πρῶτον ἐπιστήσας εἶπεν, ὡς τῷ Σωκρατείῳ εἴη ἐνιδρυθεὶς, καὶ πρῶτον ἐκεῖθεν Ἀττικὸν ὕδωρ πιών. *Ille statim, nec aliunde, quam ex eo ipso loco consecrato, adferri curabat; neque fons, qui ad statuam Socratis, longè aberat. Ac, cùm bibisset, Nicolaus, idq; tum considerans primùm, omen est, inquit, quod in Socratis sacello consederis, & aquam primùm Atticam biberis.* Deniq;, vt finiam, erat alibi etiam IMPRECATIONIS. Hesychius. Ἀρᾶς ἱερόν. ἱερὸν Ἀρᾶς Ἀθήνησι. *Imprecationis fanum. Fanum Imprecationis est Athenis.*

CAP. XIV.

CAP. XIV.

Dij nouitij, & ignobiles. Orthanes. Hesychius emendatus; item Lycophron, & Isaacius Tzetzes. Eubuli fabula quædam, Ὀρθάνης. Conissalus. Tychon. Hesychius iterum restitutus, vt & Clemens. Lordo. Cybdasus. Burichus. Adimantus. Oxythemis.

ERANT & nouitij dij, atque obscuri; Orthanes, Conissalus, Tychon, alijque. Strabo, lib. XIII. Ἀπεδείχθη δὲ θεὸς οὗτος ἀπὸ τῶν νεωτέρων. οὐδὲ γὰρ Ἡσίοδος οἶδε Πρίαπον· ἀλλ' ἔοικε τοῖς Ἀττικοῖς, Ὀρθάνῃ, καὶ Κονισάλῳ, καὶ Τύχωνι, καὶ τοῖς τοιούτοις. *Accensus verò est & dijs nouitijs; neque enim Priapum Hesiodus nouit; sed videtur similis Atticis, Orthani, Conissalo, Tychoni, & talibus.* De Orthane, est Hesychij iste locus. Ὀρθάνης, τῶν ὑπὸ τὸν Πρίαπόν ἐστι θεῶν, καὶ αὐτὸς ἐντεταμένον ἔχων αἰδοῖον. *Orthanes, ex ijs dijs est, qui Priapo famulantur; cum intenso & ipse veretro.* Ita emendo; perperam enim illic editur, Ὀρηθανής. Et obserua, è Priapi famulitio hunc fuisse; quod etiam Isaacius Tzetzes dicit, ad Lycophronis Cassandram. Ὀρθάνην, τὸν ξένον, κατὰ διάλεκτον. ἔστι δὲ καὶ Ὀρθάνης δαίμων Πριαπώδης παρὰ τῇ Ἀφροδίτῃ. *Orthanem, peregrinum, iuxta dialectum. Est verò Orthanes etiam deus, è Priapi sodalitio, apud Venerem.* Lycophron Paridem, hominem libidinosum, ita vocat.

Ὅς, τὸν πλανήτην ὀρθάνην ὅταν δόμοις
Σίννιν καταρράκτῆρα δέξωνται πικρὸν,

Θήσει βαρὺν κολωὸν ἐν λέσχαις μέσον.
Qui, cùm erronem hoſpitem conuiuio
Noxium vaſtatorem acceperint,
Graue efficiet in medijs confabulationibus iurgium.

Ita enim vtrobique emendo; neque enim rectè editur hîc Ὀρθάγην; ibi, Ὀρθάγης. Plato Comicus, in Phaone, apud Athenæum lib. x.

Βολβῶν μὲν Ὀρθάνη τεῖ' ἡμιεκτέα.
Bulborum orthanæ ſeſquiſectarius.

Et Eubuli quædam fabula inſcripta eſt Ὀρθάνης. Athenæus, lib. III. Κυπρίων δὲ ἄρτων μνημονεύει Εὔβουλος, ὡς διαφόρων, ἐν Ὀρθάνῃ. *Cyprios panes, vt præſtantes, commemorat Eubulus, in Orthane.* Meminitq; locis pluribus. De Coniſſalo, mentio exſtat apud Comicum Platonem, in Phaone, apud Athenæum, loco iam citato.

Κονισάλῳ δὲ, καὶ παραστάταιν δυοῖν,
Μύρτων πινακίσκος, χερὶ περιτιλμένων.
Coniſſalo verò, & duobus ſocijs,
Myrtorum lanx, manu decerptarum.

Ariſtophanes, Lyſiſtratâ.

Σὺ δ' εἶ τίς; πότερον ἄνθρωπος, ἢ Κονίσαλος.
Sed tu quis es? an homo, an Coniſſalus.

Suidas. Κονίσαλος, δαίμων Πριαπώδης. *Coniſſalus. deus è Priapi ſodalitio.* Tychon, à quibuſdam Mercurius, à quibuſdam, in Veneris eſſe comitatu cenſebatur. Heſychius. Τύχων. ἔνιοι, τὸν Ἑρμῆν. ἄλλοι δὲ, τὸν περὶ τὴν Ἀφροδίτην. *Tychon. quidam, Mercurium eum; alij, è Veneris eſſe comitatu arbitrantur.* Ita enim ibi ſcribendum; non Τυχόον, vti editur. Corrigendus quoque Clemens, in Protreptico. Τί γὰρ ἡγεῖσθε, ὦ ἄνθρωποι, τὸν Τύχωνα Ἑρμῆν;

Quid

Quid enim arbitramini, ô homines, Mercurium Tychona? Hodie non rectè editur, τ̀ Τυφῶνα Ἑρμῆν. *Typhona Mercurium*. Falluntur viri docti, qui aliter nobis locum illum restituere sunt conati. Eiusdem commatis Lordo erat, Cybdasusque. Meminit Plato, in Phaone.

Λόρδωνι δραχμὴ, Κυβδάσῳ τριώβολον.

Lordoni drachma, Cybdaso tres oboli.

Burichus quoque, Adimantus, & Oxythemis; quibus templa statuerunt per adulationem, vt Demetrio Poliorcetæ tanto magis se probarent. Athenæus, lib. VI. Δημοχάρης γοῦν, ὁ Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος ἀνεψιὸς, ἐν τῇ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν, διηγούμενος περὶ ἧς ἐποιοῦντο οἱ Ἀθηναῖοι κολακείας πρὸς τὸν Πολιορκητὴν Δημήτριον, γράφει οὕτως. Ἐλύπει μὲν καὶ τούτων ἔνια αὐτὸν, ὡς ἔοικεν· οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ ἄλλα γε, παντελῶς αἰσχρὰ, καὶ ταπεινά. Λεαίνης μὲν καὶ Λαμίας Ἀφροδίτης ἱερά· καὶ Βουρίχου, καὶ Ἀδειμάντου, καὶ Ὀξυθέμιδος, τῶν κολάκων αὐτοῦ· καὶ βωμοὶ, καὶ ἡρῷα, καὶ σπονδαί. *Demochares, Demosthenis oratoris consobrinus, libro vigesimo Historiarum, cum assentationes explicat, quibus Demetrio Poliorcetæ adblanditi sunt Athenienses, quanquam inuito, ita scribit. Horum quædam, vt apparebat, Demetrium offendebant; quin etiam alia insuper, prorsus fœda, & humilia: nempe Leænæ Lamiæque Veneris templa; & Burichi, Adimanti, & Oxythemidis, eius assentatorum, aræ, sacella, & sacra.*

IOANNIS MEVRSI

ATHENARVM ATTICARVM

LIBER III.

CAP. I.

Heroës varij; Ἰατρὸς, siue Aristomachus. Ἰατρὸς ξένος, siue Toxaris. Hesychij locus restitutus. Ἥσυχος; à quo Ἡσυχίδαι, sacerdotes: & eorum sacrificium. Καλαμίτης. Alon. Κέλης. Hesychius iterum emendatus. Στεφανηφόρος. Celeus; & Metanira, vxor. Scholiastes Hephæstionis correctus; item Pausanias, & Diomedes. Lycus; eius statua, lupi formâ: tum Erechthei, à Myrone facta.

VARII quoque ab Atheniensibus heroës culti, præter decem numero Eponymos, qui maiorum gentium erant, & commemorati mihi *Ceramici* cap. VII. Nunc minores memorabo; in quibus vnus, ἥρως ἰατρὸς nuncupatus. Meminit eius Hesychius. Ἰατρὸς, ἥρως Ἀθήνῃσιν ἀρχαῖος. *Medicus, heros Athenis antiquus.* Demosthenes, in Orat. De falsâ leg. Διδάσκων δ' ὁ πατὴρ γράμματα, ὡς ἐγὼ τῶν πρεσβυτέρων ἀκούω, πρὸς τῷ τοῦ ἥρωος τοῦ ἰατροῦ. *Docens eius pater literas, vt ego è natu maioribus audio, ad herois medici fanum.* Proprium ei nomen

men erat, Ariſtomachus. Vlpianus, in Demoſthenis illum locum Ὁ δὲ ἰατρὸς ἥρως ἐλέγετο, διὰ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος· τὸ δὲ κύριον ὄνομα αὐτοῦ, Ἀριστόμαχος. *Heros medicus dicebatur, propter corporis magnitudinem; nomen verò illi proprium, Ariſtomachus.* Alius erat, Ἰατρὸς ξένος appellatus; cui proprium nomen, Toxaris. Lucianus, Scythâ. Ὁ Τόξαρις οὐδὲ ἀπῆλθεν ἔτι ὀπίσω ἐς Σκύθας, ἀλλ' Ἀθήνησιν ἀπέθανε· καὶ μετ' οὐ πολὺ καὶ ἥρως ἔδοξε, καὶ ἐντέμνουσιν αὐτῷ Ξένῳ Ἰατρῷ οἱ Ἀθηναῖοι. *Neque Toxaris ad Scythas eſt regreſſus, ſed Athenis diem obijt; & non multò poſt heros habitus; ſacraq́; ei Athenienſes, Medicum Peregrinum appellantes, faciunt.* Eratq́; eius monumentum iuxta dipylum; item cippus, ſemper ſertis redimitus: vbi febri laborantes perſanari ferebantur. Lucianus, eodem Scythâ. Ἔστι δὲ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ Διπύλου, ἐν ἀριστερᾷ εἰς Ἀκαδημίαν ἀπιόντων, οὐ μέγα τὸ χῶμα, καὶ ἡ στήλη χαμαὶ, πλὴν ἀλλ' ἐστεμμένη γ' ἀεί. καί φασι, πυρέττοντάς τινας ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ. *Eſt non longè à Dipylo, ſiniſtrorſum quâ ad Academiam itur, tumulus non magnus, & cippus humilis, verùm ſemper coronatus: memorantq́;, quoſdam ab eo, febri laborantes, iam curatos eſſe.* Erat item, Ἥσυχος ἥρως nuncupatus; cui ἡσυχίδαι appellati, ſacra Eumenidibus facturi, arietem præſacrificabant. Polemon in opere, quod inſcripſerat, Τὰ περὶ Ἐρατοσθένην, apud Scholiaſten Sophoclis, ad Oed. Col. Καὶ προθύονται (οἱ ἡσυχίδαι) πρὸ τῆς θυσίας ταύτης κριὸν, Ἡσύχῳ ἱερὸν ἥρωι, τοῦτον οὕτω καλοῦντες διὰ τὴν εὐφημίαν. *Et præſacrificant (Heſychidæ) priuſquam ſacra iſta faciunt, arietem, ſacrum heroi: quem Quietum boni ominis cauſa dicunt.* Erat Καλαμίτης etiam. Heſychius. Καλαμίτης, ἥρως, τῷ ληνοίῳ πλησίον. *Calamites, heros, prope fornicem.*

cem. Ita emendo; nam perperam editur, τῷ ἠλυσίῳ πλησίου. Habes clarè apud Demosthenem, Orat. De Coronâ. Πότερ' ὡς ὁ πατήρ σου Τρόμης ἐδούλευε παρ' Ἐλπίᾳ, τῷ πρὸς τῷ Θησείῳ διδάσκοντι γράμματα, χοίνικας παχείας ἔχων, καὶ ξύλον· ἢ ὡς ἡ μήτηρ σου, τοῖς μεθημερινοῖς γάμοις ἐν τῷ κλισίῳ, τῷ πρὸς τῷ Καλαμίτῃ Ἥρωϊ, χρωμένη, τὸ καλὸν ἀνδριάντα, καὶ τριταγωνιστὴν ἄκρον, ἐξέθρεψέ σε; *Vtrum illud dicam, patrem tuum Trometem seruijsse apud Elpiam, qui literas docebat ad Thesei fanum, crassis compedibus vinctum, & ligno? au tmatrem tuam, quotidianas nuptias celebrantem in fornice iuxta Calamiten Heroëm, te nobis, pulcram illam statuam, & summum histrionem, educasse.* Alon quoq;, mentioq; eius exstat apud Scholiasten Sophoclis, in Poëtæ eius Vitâ; vbi ipsum sacerdotio eius functum nobis tradit. Ἔσχε δὲ καὶ τὴν τοῦ Ἄλωνος ἱερωσύνην· ὃς ἥρως ἦν μετ' Ἀσκληπιοῦ, παρὰ χείρωνι. *Obijt verò etiam Alonis sacerdotium; qui heros erat cum Aesculapio, apud Chironem.* Inuenitur item Κέλης. Ecce in Platonis Comici Phaone, apud Athenæum, lib. x.

> Ἥρῳ Κέλητι δέρμα, καὶ θυλήματα.
>
> *Heroi Celeti pellis, & libamina.*

Corrigendus est Hesychij locus. Κέλης, ἵππος, καὶ ἱππαστὴς, καὶ ἥρως, καὶ εἶδός τι τῆς νεώς. *Celes, equus, & eques, & heros, & species quædam nauis.* Hodie non rectè editur; ἱππαστὴς, καὶ μέρος, καὶ εἶδός τι. *Eques, & pars, ac species.* Erat & Σὲ ἐφανηφόρος. De quo vide *Lectiones* nostras *Atticas*, lib. IV. cap. X. Celeus item, cum vxore Metanirâ. Athenagoras, in Legatione. Ἀθηναῖοι μὲν Κελεὸν, καὶ Μετάνειραν, ἵδρυνται θεούς. *Athenienses quidem Celeum, & Metaniram, in deos consecrârunt.* Ac Metaniræ multa est

mentio

mentio apud veteres. Apud Nicandrum, in Theriacis.

—— ὅτ᾽ ἐν Κελεοῖο θεράπναις
Ἀρχαίη Μετάνειρα θεὰν δείδεκτο περίφρων.
—— *cum inter Celei ancillas*
Vetula prudens Metanira deam excepit.

Vbi Scholiastes. Χρόνῳ δὲ ὕστερόν ποτε ἡ Μετάνειρα τὴν Δήμητρα ὑπεδέξατο εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς. *Aliquanto post Metanira Cererem in ædibus suis hospitio excepit.* Iterum, ad Alexipharmaca. Ἰάμβη δέ τις, δούλη τῆς Μετανείρας, ῥαθυμοῦσαν τὴν θεὸν ὁρῶσα, γελοιώδεις λόγους, καὶ σκώμματά τινα, πρὸς τὸ γελάσαι τὴν θεὸν, ἔλεγεν. *Iambe quædam, Metaniræ ancilla, cum deiectam animo deam videret, vt moueret ei risum, sermones ridiculos, ac scommata quædam, prolocuta est.* Et paullo ante. Ὑπὸ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Μετανείρας, *Ab vxore eius Metanirâ.* Aristides, in Eleusiniâ. Καὶ τούτοις Κελεός τε, καὶ Μετάνειρα, καὶ Τριπτόλεμος, ἐπιφημίζονται. *Inter hæc autem Celeus, & Metanira, ac Triptolemus, recitantur.* Nonnus, Dionys. lib. XLVII.

Ἰκάριος Κελεοῖο, καὶ Ἠριγόνη Μετανείρης.
Icarius Celei, & Erigone Metaniræ.

Apollodorus, lib. I. Ὄντος δὲ τῇ Κελεοῦ γυναικὶ Μετανείρᾳ παιδίου, τοῦτο ἔθρεψεν ἡ Δημήτηρ παραλαβοῦσα. *Cum Celei vxori Metaniræ filius esset, eum Ceres ad se receptum educauit.* Et occurrit illic bis terq;. Ioannes Tzetzes, ad Hesiodi ἔργων α. Ὑπὸ Τριπτολέμου δὲ, τοῦ Κελεοῦ καὶ Μετανείρας παιδὸς, τὰ περὶ τὴν παῖδα μαθοῦσα (ἡ Δημήτηρ,) εἰς ἀμοιβὴν τὰ σπέρματα τῷ Τριπτολέμῳ δίδωσι, καὶ πτερωτῶν ἅρμα δρακόντων. *Ceres, à Triptolemo, Celei & Metaniræ filio, quæ filiæ accidissent edocta, vt gratiam rependeret, semina ei, & currum alatis draconibus iunctum, est largita.* Itaq; non rectè

est apud Pausaniam, in Atticis. Καὶ οἱ τὴν Μεγάνειραν πιστεῦσαι οὕτω τοῦ παιδὸς τὴν ἀνατροφήν. ὀλίγῳ δὲ ἀπωτέρω τοῦ φρέατος, ἱερὸν Μεγανείρας ἐστί. *Atque ita Meganiram filij educationem ipsi credidisse; estque paullo longius à puteo Meganiræ fanum.* Rescribe, Μετάνειραν; &, Μετανείρας. Et apud Diomedem, lib. III. *Huius autem origo verbi ex nomine Iambes, famulæ Celei, deriuatur; quæ Cererem, filiam quærendo ad Meganiram coniugem Celei delatam, cum vidisset sollicitam, malè tractauit.* Etiam illic rescribendum, *ad Metaniram.* Corruptissimus autem locus Scholiastæ, Hephæstionis. ἡ Δημήτηρ, περίλυπος οὖσα ἐπὶ τῇ ἁρπαγῇ τῆς ἑαυτῆς θυγατρὸς, καὶ πλανωμένη, παρεξενήθη τινὶ ὀνόματι Κελεῷ, καὶ τῇ αὐτοῦ γαμετῇ Νήρει. *Ceres, tristis ob ereptam filiam, & oberrans, hospitio excepta fuit à quodam Celeo, & vxore eius Neri.* Omnino est restituendum, καὶ τῇ αὐτοῦ γαμετῇ Μετανείρᾳ. *Et vxore eius Metanirâ.* Adhæserant fini vocis γαμετῇ duæ priores syllabæ de nomine Metaniræ; vt sunt multa eius modi à librarijs festinantibus commissa. Erat denique Lycus heros; cuius statua, lupi forma, Athenis ante tribunalia spectabatur. Hesychius. Λύκος, ἥρως, πρὸς τοῖς ἐν Ἀθήναις δικαστηρίοις ἵδρυτο, τοῦ θηρίου τὴν μορφὴν ἔχων. *Lycus, heros, Athenis ante tribunalia positus erat, lupi animalis formam habens.* Meminitque item Etymologici Auctor, in Δεκάσαι; & Suidas. Vide quæ notaui pridem, Attic. Lect. lib. III. cap. IX. Etiam Erechthei alibi statua erat, à Myrone, adeo eleganter facta, vt hæc inter eius opera primas ferre putaretur. Pausanias indicat, in Bœoticis. Ἔργον τοῦ Μύρωνος, θέας μάλιστα ἄξιον, μετά γε τὸν Ἀθήνησιν Ἐρεχθέα. *Opus, eorum quæ Myronis sunt, maximè spectatu dignum; post Erechtheum, qui Athenis.* Est for-

tassis ea ipsa, quam inter heroum Eponymorum statuas memorat, in Atticis suis.

CAP. II.

Ara Anterotis, dedicata ab inquilinis. Timagoræ amor; Meletis duritia, & pœna: Suidæ in hâc re dissensus. Aræ Verecundiæ, Famæ, & Alacritatis. Famæ, quando dedicata, & quam ob causam. Iouis quoque τοῦ Ἀγοραίου, *Amphilochi, & Platonis; quæ ab Aristotele posita.*

ERAT ara Anterotis, ab inquilinis dedicata, ob Timagoræ amorem. Pausanias fusè rem exponit. τὸν δ' ἐν πόλει βωμὸν, καλούμενον Ἀντέρωτος, ἀνάθημα εἶναι λέγουσι μετοίκων· ὅτι Μέλης Ἀθηναῖος μέτοικον ἄνδρα Τιμαγόραν ἐρασθέντα ἀτιμάζων, ἀφεῖναι κατὰ τῆς πέτρας αὐτὸν ἐκέλευσεν, ἐς τὸ ὑψηλότατον αὐτῆς ἀνελθόντα. Τιμαγόρας δὲ καὶ ψυχῆς εἶχεν ἀφειδῶς, καὶ πάντων ὁμοίως κελεύοντι ἤθελε χαρίζεσθαι τῷ μειρακίῳ, καὶ δὴ καὶ φέρων ἑαυτὸν ἀφῆκε. Μέλητα δὲ, ὡς ἀποθανόντα εἶδε Τιμαγόραν, ἐς τοσοῦτον μετανοίας ἐλθεῖν, ὡς πεσεῖν τε ἀπὸ τῆς πέτρας τῆς αὐτῆς. καὶ οὕτως ἀφεὶς αὐτὸν, ἐτελεύτησε. καὶ τὸ ἐντεῦθεν δαίμονα Ἀντέρωτα, τὸν ἀλάστορα τοῦ Τιμαγόρου, κατέστη τοῖς μετοίκοις νομίζειν. *Aram in Vrbe, Anterotis quæ vocatur, ab inquilinis dedicatam esse memorant; quia Meles Atheniensis Timagoram inquilinum amatorem per contumeliam de summâ rupe se deÿcere iussisset. Timagoras autem, ne vitæ quidam suæ parcus, vt quivis alius, puero gratificari, in his quæ mandaret, cupiens, conscensâ rupe, se dejecit. Timagoram*

goram verò, cùm Meleten obijsse cognouisset, adeò mox pænituit facti, vt & ipse de eadem sese rupe præcipitaret, atque ita moreretur. atque ex eo constitutum inquilinis, vt Anteros genius, Timagoræ vindex, coleretur. Meminit iterum, Eliac. II. Ἠλεῖοι, καὶ Ἀθηναῖοι, κατὰ ταὐτὰ Ἠλείοις, Ἀντέρωτα ὀνομάζουσι. *Elei, & Athenienses, planè quo modo Elei, Anterotem nuncupant.* Suidas in hâc re valdè variat; & primò Melitum, non Meletem, eum nominat: deinde, hunc amantem facit, ac Timagoram amatum: Melitumque se priorem sponte suâ, pertæsum vitæ, non amasij mandato, præcipitasse: deniq;, in memoriam rei non aram positam, verùm statuam pueri nudi, ac formosi; qui in vlnis gallos admodum generosos duos ferret, & in caput se præcipitem deijceret. Ecce verba. Μέλιτος. οὗτος ἐρᾷ νεανίου Ἀθήνησι τῶν εὖ γεγονότων, καὶ πλουσίων. μειράκιον δὲ ἦν τὸ γένος διαπρεπὲς, καὶ τὴν ὥραν ἄμαχον. καὶ τῷ μὲν ἐραστῇ, Μέλιτος ὄνομα ἦν· τῷ δὲ καλῷ, Τιμαγόρας, ὥς φασιν. ἦν δὲ ἀπηνής τε καὶ ἀμείλικτος ὅδε ὁ παῖς. καὶ οἱ πολλὰ προσέταττε, καὶ ἐπίπονα, καὶ κινδύνων ἐχόμενα τῶν ἐσχάτων, καὶ ὁμοῦ τῷ ὀλέθρῳ ἐλαύνοντα. καὶ ἦν τὰ προστάγματα, κύνας τε ἀγαθοὺς, καὶ θηρευτικοὺς, ἐκ τῆς ἀλλοδαπῆς ἄγειν· καὶ ἵππον αὖ τῶν πολεμίων ἀπαγαγεῖν ὄντα δὴ γενναῖόν τε, καὶ θυμικόν· καὶ ἄλλου χλαμύδα ὡραίαν, καὶ τοιαῦτα ἕτερα· καὶ τελευτῶν, ὄρνιθας οἱ προσέταξε κομίσαι ὄντας δὴ τροφίμους, καὶ οἰκέτας γένους θαυμαστούς. ἐπεὶ δὲ καὶ τοῦτο κατεπράξατο ὁ ἔνθεος φίλος ἐκεῖνος, ἐδωρεῖτό γε τῷ καλῷ τὸ μέγα καὶ τίμιον κτῆμα τοὺς προειρημένους. ὁ δὲ, ἀπεράμων ὢν, καὶ ἐς τοσοῦτον ἄρα ἀπεώσατο τὸ δῶρον. ὁ τοίνυν Μέλιτος, φλεγόμενος τῷ ἔρωτι, καὶ οἰστρούμενος, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀσχάλλων τῇ ἀτιμίᾳ, καὶ ἀπαυδήσας ἐπὶ τοῖς ἀνηνύτοις τε μόχθοις, ἅμα καὶ ἀπείροις, ᾗ ποδῶν εἶχεν, ἀνέθορεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ ἑαυτὸν ἔωσε κατὰ τῶν πετρῶν.

οὐ μὴν

ἐ μὴν ἡ τιμωρὸς δίκη τὸν ὑβριστὴν παῖδα, καὶ ὑπερόπτην, εἴασεν ἐπεγχανεῖν τῷ τοῦ Μελίτου θανάτῳ. τοὺς ὄρνιθας οὖν ἀναλαβὼν, καὶ ταῖς ἀγκάλαις ἐνθεὶς, εἶτα κατ' ἴχνια τὰ ἐκείνου θέων, ὥσπερ οὖν ἑλκόμενος βίᾳ ἑαυτὸν, σὺν τῷ δυστυχεῖ χωρῶν ἐπὶ τῷ Μελίτῳ, ἔρριψε, φέρων βραδὺν καὶ δυστυχῆ τὸν ἔρωτα ἀντιραθεὶς τούτου. καὶ ἕστηκεν εἴδωλον τοῦ πάθους κατὰ τὸν τόπον, παῖς ὡραῖος, καὶ γυμνός· ἀλεκτρυόνας δύο μάλα εὐγενεῖς φέρων ἐν ταῖς ἀγκάλαις, καὶ ἐπὶ κεφαλὴν ὠθῶν ἑαυτόν. *Melitus. hic amauit Athenis adolescentem nobilem, & diuitem. Hic autem erat adolescens genere illustri, & insigni formâ præditus. Et amatori quidem, nomen erat Melitus; formoso verò, Timagoras, vt aiunt. Hic autem puer erat immisericors, & inexorabilis; multaq́ illi imperabat, laboriosa, ac cum periculis maximis conjuncta, & tantùm non ad exitium tendentia. Res verò istæ erant; vt canes bonos, & venaticos, è regione aliâ adduceret: & equum hostilem generosum, ac ferocem, cuiuscunq́ tandem ille esset, abduceret: deinde alterius chlamydem egregiam, aliaq́ istiusmodi. Tandem etiam imperauit, vti aues, cuiuscunque eæ forent, altiles: & seruos genere admirandos, apportaret. Cum verò etiam ista amicus ille furore percitus confecisset, magnam rem, ac pretiosam, quam iam diximus, illi formoso donabat. Ille autem, cùm, ingenio inhumano valdè præditus, omnia hæc aspernaretur, Melitus, amore flagrans, & furore percitus, insuper iniquo animo ignominiam tantam ferens, ac deficiens sub laboribus irritis, & infinitis, ocyus in arcem currens, se de rupibus præcipitem dedit. Neque tamen Iusticia vindex puerum illum insolentem, & contemptorem, insultare morti Meliti est passa. Quippe arreptas aues vlnis imponens, vestigia ipsius persequens, quasi per vim traheretur, cum infelici illo progrediens,*

grediens, se in Melitum proiecit, tardo & infelici amore eum redamans. Statq́; simulacrum rei illo in loco, puer formosus, ac nudus, gallos duos valdè generosos in vlnis ferens, & in caput se præcipitans. Erant porrò etiam aræ Verecundiæ, Famæ, & Alacritatis. Pausanias. Τούτοις δὲ (τοῖς Ἀθηναίοις) οὐ τὰ ἐς φιλανθρωπίαν μόνον καθέστηκεν, ἀλλὰ καὶ ἐς θεοὺς εὐσεβεῖν ἄλλων πλέον. καὶ γὰρ Αἰδοῦς σφίσι βωμός ἐστι, καὶ Φήμης, καὶ Ὁρμῆς. *Athenienses verò non ea solùm, quæ ad humanitatem faciunt, constituerunt; sed maiorem etiam, quàm alij, pietatis ergo deos curam habuerunt. Est enim apud illos ara Verecundiæ, Famæ, & Alacritatis.* Ac Verecundiæ, in Arce erat; vide de eâ librum nostrum singularem, cap. XXVIII. De Famæ, Æschines in Timarchum. Εὑρήσετε καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν, καὶ τοὺς προγόνους, Φήμης, ὡς μεγίστης θεῶν, βωμὸν ἱδρυμένους. *Inuenietis etiam Vrbem nostram, ac maiores, Famæ aram, tanquam maximæ dearum, dedicasse.* Iterum, De falsa legatione. Καὶ τῇ μὲν Φήμῃ, δημοσίᾳ θύομεν, ὡς θεῷ· τῶν δὲ συκοφαντῶν, ὡς κακούργων, δημοσίᾳ προβολὰς ποιούμεθα. *Ac Famæ quidem, tanquam deæ, publicè sacrificamus; de calumniatoribus verò, ceu maleficis, publicè querela datur.* Posita autem, postquam nuntium de victoriâ apud Mycalen eodem die accepissent. Procopius Sophista, in Epistolâ quádam ad Zachariam. Νῦν ὄντως ἔγνων, ὡς οὐκ ἦν ἄρα λόγος, ἀλλ' ἔργον, ἡ Φήμη. καὶ θαυμάζω τάχα τὸν νόμον τὸν Ἀττικὸν, ὃς ἐν θεοῖς καὶ ταύτην ἱδρύσατο. οὐ γὰρ δὴ μόνον Ἡσίοδος θεὸν αὐτὴν ἀνυμνεῖ, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναῖοι, τὴν ἐν Μυκάλῃ μάχην αὐθημερὸν ἐγνωκότες, οὐκ ἀνεκτὸν ἔφασαν, εἰ μὴ θεὸν ἡγοῖντο τὴν Φήμην. *Nunc reverâ cognoui, non verba tantùm, sed rem ipsam, Famam esse. Et admiror legem Atticam, quæ hanc etiam inter deas collocauit.*

cauit. Neque enim Hesiodus solus deam prædicat, verùm etiam Athenienses, cùm pugnatam ad Mycalen pugnam eo ipso die intellexißent, committendum non putârunt, vt pro deâ quoque eam non haberent. Invenio item Iouis, τοῦ Ἀγοραίου cognomento. Hesychius. Ἀγοραῖος, Ζεὺς. Ἀγοραίου Διὸς βωμὸς Ἀθήνησι. *Forensis, Iupiter. Est Iouis Forensis ara Athenis.* Meminit Æschylus, Eumenidibus.

> Ἀλλ' ἐκράτησε Ζεὺς Ἀγοραῖος.
> *Sed superauit Iupiter Forensis.*

Et Euripides, Heraclides.

> Ὦ τὰς Ἀθήνας δαρὸν οἰκοῦντες χρόνον,
> Ἀμύνεθ'. ἱκέται δ' ὄντες Ἀγοραίου Διὸς,
> Βιαζόμεθα. —
> *O qui Athenas longum inhabitatis tempus,*
> *Defendite; supplices enim cum simus Iouis Forensis,*
> *Vim patimur.* —

Etiam Amphilochi. Pausanias. Τῷ δὲ Ἀμφιλόχῳ καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐστὶν ἐν τῇ πόλει βωμός. *Amphilocho verò etiam apud Athenienses ara est in Vrbe.* Platonis quoque, ab Aristotele dedicata. Ammonius, in eius Vitâ. ὅτι πολλὴν εὔνοιαν εἶχε πρὸς τὸν Πλάτωνα ὁ Ἀριστοτέλης, δῆλον ἐκ τοῦ βωμὸν ἀνιερῶσαι τῷ Πλάτωνι, ἐν ᾧ ἐπέγραψεν οὕτω·

> Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἱδρύσατο τόνδε Πλάτωνος,
> Ἀνδρὸς ὃν οὐτ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

Quod benignè erga Platonem affectus fuerit Aristoteles, ex eo constat, quod aram ei dedicauit, cum inscriptione istâ;

> *Hanc aram posuit Aristoteles Platoni,*
> *Quem virum malis laudare nefas.*

CAP. III.

Signa aliquot, ſtatuæve. Aeuo Plinij quot exſtiterint. Inhis, Mercurij Andocidis, Vulcani, Dianæ τῆς Κερκείας, & Satyrorum turmæ; Virginis τ̃ Ὑδροφόρε, Ariſtonici Caryſtij, & Neoptolemi: Poëtæ cuiuſdam obſcuri, Cimonis equarum, Iphicratis, Aſtydamantis, Attici, Piliæ, Iacobi medici, Phauorini, Phocionis, Anthemij. Coloſſi Attali, & Eumenis; Antonij nomine inſcripti.

SIGNA quoque, ſtatuæve, plurimæ erant; & ſuo æuo ad ter mille exſtitiſſe, refert Plinius, lib. XXXIV. cap. VII. *Rhodi etiamnum tria millia ſignorum eſſe, Mutianus ter conſul prodidit; nec pauciora Athenis, Olympiæ, Delphis, ſupereſſe creduntur.* Immò vix alibi tot ſpectata. Ioannes Chryſoſtomus, ad Act. cap. XVII. Hom. XXXVIII. Ἐν ᾗ ταῖς Ἀθήναις ἐνδεχομένε αὐτὰς τ̃ Παύλε, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτ̃ ἐν αὐτῷ, θεωρῦντι κατείδωλον ὖσαν τὴν πόλιν. ὐ γὰρ ἦν ἀλλαχῦ ἰδεῖν τοσαῦτα εἴδωλα. *Dum autem illos Athenis exſpectaret Paulus, exacerbatus fuit ſpiritus eius in illo, cum ſpectaret ciuitatem idolis obnoxiam; ſiquidem tam multa nuſquam alibi videre erat.* Quædam ſupra memoraui, ſuis locis; præter quæ, Mercurij Andocidis: cuius maxima fama fuit, propter facinus Alcibiadis. Inde verò nomen habuit, quia ante Andocidis ædes tribus Ægeis dedicauerat; vti teſtes, Plutarchus, in Alcibiade; ipſe Andocides, in Orat. περὶ μυςηρίων; Æſchines, κτ̃ Τιμάρχε; Æmylius, Probus, in Alcibiade; Clemens, in Protreptico;

& Har-

& Harpocration, in Ἀνδοκίδου Ἑρμῆς. Fuit præterea & Vulcani, Alcamenis opus. Cicero, De Nat. Deorum, lib. I. *Athenis laudamus Vulcanum eum, quem fecit Alcamenes: in quo ſtante, atque veſtito, leniter apparet claudicatio non deformis.* Valerius Maximus, lib. VIII. cap. XI. *Tenet viſentes Athenas Vulcanus, Alcamenis manibus fabricatus. Præter cætera enim perfectiſſimæ artis in eo præcurrentia indicia, etiam illud mirantur; quod ſtat, diſſimulatæ claudicationis ſub veſte leuiter veſtigium repræſentans, vt non tanquam exprobratum vitium, ita tamen certam propriamq́ dei notam decorè ſignificans.* Alibi fuit & Dianæ τῆς Κερκαίας; quod, à Xerxe ereptum, Alexander poſteà revehi curauit; vt Harmodij, & Ariſtogitonis, ſtatuas. Arrianus, De Exped. Alex. lib. VII. Ὅσους ἢ ἀνδριάντας, ἢ ἀγάλματα, ἢ εἰ δή τι ἄλλο ἀνάθημα, ἐκ τῆς Ἑλλάδος Ξέρξης ἀνεκόμισεν ἐς Βαβυλῶνα, ἢ ἐς Πασαργάδας, ἢ ἐς Σοῦσα, ἢ ὅπῃ ἄλλῃ τῆς Ἀσίας, ταῦτα δοῦναι ἄγειν τοῖς πρέσβεσι. καὶ τὰς Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνας τὰς χαλκᾶς οὕτω λέγεται ἀπενεχθῆναι ὀπίσω ἐς Ἀθήνας, καὶ Ἀρτέμιδος τῆς Κερκαίας τὸ ἕδος. *Quotquot autem ſtatuas, aut ſimulacra, aut donarium quoduis aliud è Græciâ Xerxes detulerat Babylonem, vel Suſa, vel Paſargadas, aliamve in Aſiæ partem, ea legatis reportanda dedit. Atque ita Harmodij, & Ariſtogitonis, ſtatuas æneas remiſiſſe dicitur, & Dianæ Cercææ ſimulacrum.* Erat quoq; Satyrorum turma, à Lyſimacho facta. Commemoratur Plinio, lib. XXXIV. cap. VIII. *Idem (Lyſippus) fecit Hephæſtionem, Alexandri Magni amicum. quidam Polycleto adſcribunt, cùm is centum prope annis ante fuerit. Idem Alexandri venationem, quæ Delphis ſacrata eſt; Athenis Satyrorum turmam.* Vt ſimulacra deorum erant, ita hominum

clarorum ſtatuæ multæ; quarum item aliquas dixi, ſuis locis. Inuenio etiam, Poëtæ cuiuſdam obſcuri; & quidem iuxta Menandri, de quâ ſupra à me dictum. Dion Chryſoſtomus, Orat. XXXI. Καὶ παρ' Ἀθηναίοις πολλὰ πράττεται νῦν, οἷς οὐκ ἀπεικότως ἄν τις ἐπιπλήξειεν, οὐ περὶ τὰ ἄλλα μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς τιμάς. οἵ γε τὸν δεῖνα μὲν Ὀλύμπιον κεκλήκασιν, οὐδὲ φύσει πολίτην ἑαυτῶν. Φοίνικα δὲ ἄνθρωπον, οὐκ ἀπὸ Τύρου, καὶ Σιδῶνος, ἀλλ' ἀπὸ κώμης τινὸς, ἢ ἠπείρου· καὶ ταῦτα πιττούμενον, καὶ βραχιόνια, καὶ περιδήματα, φοροῦντα· τὸν δεῖνα δὲ τὸν δυσχερῆ λίαν ποιητὴν, ὃς καὶ παρ' ὑμῖν ποτὲ κἀνταῦθα ἐπεδείξατο, οὐ μόνον χαλκοῦν ἑστάκασιν, ἀλλὰ καὶ παρὰ Μένανδρον. *Et apud Athenienſes multa nunc fiunt, ob quæ quis non immeritò eos obiurget, non circâ alia tantum, ſed etiam circa honores. Illi enim certum quendam Olympium vocârunt, qui neque naturâ illorum ciuis ſit, ſed homo è Phœnicia, non à Tyro, & Sidone, ſed à vico quodam, aut continente; idq́; pice oblitum, brachialiaq́;, & faſcias, ferentem: quin & vilem quendam poëtam, qui etiam apud vos aliquando fabulas edidit, non ſolùm æneum poſuerunt, verùm etiam iuxta Menandrum.* Etiam Virginis τῆς ὑδροφόρου, à Themiſtocle dedicatæ, cùm is aquarum præfectus eſſet; quæ à Xerxe, cum is Vrbe potitus eſſet, abducta, & Sardibus poſita, in Matris deûm templo. Plutarchus, in Themiſtoclis Vitâ. Ὡς δ' ἦλθεν εἰς Σάρδεις, καὶ σχολὴν ἄγων ἐθεάσατο τῶν ἱερῶν τὴν κατασκευὴν, καὶ τῶν ἀναθημάτων τὸ πλῆθος, εἶδε καὶ ἐν Μητρὸς ἱερῷ τὴν καλουμένην Ὑδροφόρου κόρην χαλκῆν, μέγεθος δίπηχυν· ἣν αὐτὸς, ὅτε τῶν Ἀθήνησιν ὑδάτων ἐπιστάτης ἦν, εὑρὼν τοὺς ὑφῃρημένους τὸ ὕδωρ, καὶ παροχετεύοντας, ἀνέθηκεν, ἐκ τῆς ζημίας ποιησάμενος. *Vt Sardes venit, & per otium ædium ſacrarum inſtrumentum, ac donariorum multitudi-*

nem

nem, spectauit, vidit etiam in Matris deûm templo virginem æneam, quam Hydrophoron vocant, duorum cubitûm magnitudine, abs se factam, cum aquarum Athenis præfectus esset, è mulctis eorum, quos aquam abductam avertisse deprehenderat. Neoptolemi, Anticlis filij, à Lycurgo decreta. Plutarchus, in Lycurgi Vitâ, lib. De x. Rhet. Ἔγραψε δὲ καὶ Νεοπτόλεμον Ἀντικλέους στεφανῶσαι, καὶ εἰκόνα ἀναθεῖναι, ὅτι ἐπηγγείλατο χρυσώσειν τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν τῇ ἀγορᾷ, κατὰ τὴν μαντείαν τοῦ θεοῦ. *Statuitque, vt Neoptolemo, Anticlis filio, corona daretur, statuaque poneretur, quod aram Apollinis in foro ex oraculo inauraturum se promisisset.* Aristonici Carystij, Alexandri Magni sphæristæ, meminit Athenæus, lib. I. Ἀριστόνικον τὸν Καρύστιον, τὸν Ἀλεξάνδρου σφαιριστὴν, Ἀθηναῖοι πολίτην ἐποίησαν, διὰ τὴν τέχνην, καὶ ἀνδριάντα ἀνέστησαν. *Aristonicum Carystium, Alexandri sphæristam, Athenienses ciuitate donauerunt, propter artem, statuaque item ornarunt.* Equarum Cimonis mentio est apud Ælianum, Vari. Hist. lib. IX. cap. XXXII. Καὶ αἱ Κίμωνος δὲ ἵπποι χαλκαῖ· καὶ αὗται Ἀθήνησιν, εἰκασμέναι ὅτι μάλιστα ταῖς Κίμωνος ἵπποις, εἱστήκεσαν. *Et Cimonis equæ, ex ære factæ, optimè sanè referentes, Athenis exstiterunt.* Iphicrates occurrit apud Demosthenem, Orat. in Aristocratem. Ἴστε δή που τοῦτ᾽, ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι χαλκῆς εἰκόνος οὔσης παρ᾽ ἡμῖν Ἰφικράτει, καὶ σιτήσεως ἐν Πρυτανείῳ, καὶ δωρεῶν, καὶ τιμῶν ἄλλων, δι᾽ ἃς εὐδαίμων ἐκεῖνος ἦν. *Scitis sanè, Athenienses, æneam Iphicrati apud nos statuam esse, & in Prytaneo victum, præmiaque alia, & honores, quibus ille felix erat.* Astydamantis est videre apud Diogenem Laertium, in Socrate, lib. II. Καὶ Ἀστυδάμαντα, πρῶτον τῶν περὶ Αἰσχύλον, ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ. *Et Astydamantem, primum sociorum*

Æschyli, statua ænea honorarunt. Vide Suidam, in Σαυτὴν ἐπαινεῖς; *Zenobium*, Cent. v. Proverb. c; & Apostolium, Cent. XVII. Proverb. XXIX. Attici, & Piliæ, nominat Æmylius Probus, in Vitâ Attici. *Quam diu (Athenis) affuit, ne qua sibi statua poneretur, restitit; absens, prohibere non potuit: itaque aliquot ipsi, & Piliæ, locis sanctissimis posuerunt.* Iacobi medici, est apud Damascium, in Vitâ Isidori philosophi; apud Photium, in Bibliothecâ. Εἶδον εἰκόνα τοῦ Ἰακώβου Ἀθήνησι· καί μοι ἔδοξεν ὁ ἀνὴρ διαφυὴς μὲν οὐ πάνυ εἶναι, σεμνὸς δὲ, καὶ ἐμβριθής. *Vidi Athenis statuam Iacobi; & videbatur mihi vir non admodum liberali vultu, sed seuero, & graui.* Phauorini philosophi, quæ deiecta ipso viuo, meminit Philostratus, in eius Vitâ, Sophist. lib. I. Ἀθηναίοις δὲ, δεινὰ ἐφαίνετο· καὶ συνδραμόντες αὐτοὶ μάλιστα οἱ ἐν τέλει Ἀθηναῖοι, χαλκῆν εἰκόνα κατέβαλον τοῦ ἀνδρὸς, ὡς πολεμιωτάτου τῷ αὐτοκράτορι. *Athenienſibus verò, grauia iſta videbantur; itaque cum concurriſſent, maximè qui in dignitate aliqua poſiti, æneam viri ſtatuam euertunt, tanquam eius qui Imperatori eſſet longè infenſiſſimus.* Phocionis, est apud Plutarchum, in eius Vitâ. Καὶ μέντοι χρόνου βραχέως διαγενομένου, καὶ τῶν πραγμάτων διδασκόντων, οἷον ἐπιστάτην, καὶ φύλακα σωφροσύνης, καὶ δικαιοσύνης, ὁ δῆμος ἀπώλεσεν, ἀνδριάντα μὲν αὐτοῦ χαλκοῦν ἀνέστησαν. *Non multo post cum reipſa experirentur, qualem antiſtitem, moderationiſque & iuſtitiæ cuſtodem, amiſiſſent, ſtatuam ei ex ære poſuerunt.* Anthemij, refert Georgius Alexandrinus, in Vitâ Ioannis Chrysostomi. Ἀνὴρ δέ τις ἦν ἐν Ἀθήναις, ὀνόματι Ἀνθέμιος, πεπαιδευμένος εἰς ἄκρον τὴν πᾶσαν τῶν γραμμάτων σοφίαν: ὥστε διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ στήλην αὐτοῦ ἀνεγεῖραι ἐν Ἀθήναις. *Erat Athenis quidam, nomine Anthemius, vir vniuerſa litera-*

rum

rum peritia excellens; vt etiam hac de causa Athenis statua ei erecta fuerit. Leo Imperator, in eiusdem argumenti Opere. Ἀνθέμιός τις ἱερεὺς ἦν Ἀθηνᾶς, ὃς Ἀθήνησι τότε τοσοῦτον ἐπὶ σοφίᾳ θαυμάζεται, ὥστε καὶ στήλην αὐτῷ ποιοῦσι. *Erat Anthemius quidam, Mineruæ sacerdos; quem Athenis ob sapientiam sunt tantopere admirati, vt statuam quoque ipsi posuerint.* Colossi quoque exstiterunt Attali, & Eumenis; Antonij nomine, in honorem eius, postea inscripti. Plutarchus, in Antonio. Ἡ δὲ αὐτὴ θύελλα καὶ τοὺς Εὐμένους καὶ Ἀττάλου κολοσσοὺς, Ἀντωνίου ἐπιγεγραμμένους, Ἀθήνησιν ἐμπεσοῦσα, μόνους ἐκ πολλῶν ἀνέτρεψε. *Hæc ipsa procella, Eumenis quoque, & Attali, colossis incumbens, qui Antonij nomine inscripti erant, eos solos è multis euertit.*

CAP. IV.

Λίμναι. Bacchi templum antiquissimum, vt & sacra eius dei. Vbi id situm. Scholiastæ Thucydidis error. Vno tantùm die apertum. Lex in eo de vxore regis scripta, in columna. Puerorum pugilatus. Λιμνομάχαι.

NVNC & loca quædam alia perlustremus. Erant Λίμναι, vbi Bacchi quoque fanum. Harpocration. Τόπος ἐστὶν ἐν Ἀθήναις Λίμναι, ἐν ᾧ τιμώμενος ὁ Διόνυσος. *Locus est Athenis Limnæ, in quo Bacchus cultus fuit.* Hesychius. Λίμναι, ἐν Ἀθήναις τόπος, ἀνακείμενος τῷ Διονύσῳ, ὅπου τὰ Λήναια ἤγετο. *Limnæ, locus Athenis, Baccho sacer, vbi Lenæa agebantur.* Bacchi illic templi meminit etiam Isæus, in Orat. Περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου. Τὴν μὲν μίαν,

 μισθο-

μισθοφοροῦσαν, παρὰ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσιον. *Vnam quidem, elocatam, iuxta Bacchi in Limnis fanum*. Et Aristophanes, Ranis.

Διόνυσον ἐν Λίμναισιν ἰαχήσομεν.

Bacchum in Limnis memorauimus.

Vbi Scholiastes. *Λίμναι χωρίον τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ Διονύσου ἱερόν. Limnæ, locus Atticæ, in quo Bacchi fanum erat*. Errat Thucydidis Scholiastes, qui fuisse in Arce dicit, lib. II. *Λίμναι, τόπος ἐν τῇ ἀκροπόλει τῶν Ἀθηνῶν. Limnæ, locus in arce Athenarum*. Nam extra eam omnino fuit, verum prope. Clarè indicat ipse Thucydides, lib. II; vbi ait, antiquissima Bacchi sacra ibi loci celebrata. *Τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι· καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, καὶ τὸ Πύθιον, καὶ τὸ τῆς Γῆς, καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, ἐν ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι. Fana etiam aliorum deorum sunt in arce; & extra eam ad hanc maximè Vrbis partem exstant, & Olympij Iouis, Pythij Apollinis, Telluris, & in Limnis quoque Bacchi; vbi antiquiora Bacchanalia die Anthestereonis mensis duodecimo celebrantur*. Meminit Hesychius etiam, in Γεραραί. Vt autem sacra ista omnium antiquissima, ita & templum. Demosthenes, Orat. in Neæram. *Διὰ ταῦτα ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ ἱερῷ τοῦ Διονύσου ἐν Λίμναις ἔστησαν. Propterea in antiquissimo templo Bacchi in Limnis collocarunt*. Idq;, toto anno clausum, aperiri tantùm solitum duodecimo mensis Anthestereonis; quo nimirum sacra illa celebrata è Thucydide memoraui. Demosthenes ibidem. *Ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ ἱερῷ τοῦ Διονύσου ἐν Λίμναις ἔστησαν, ἵνα μὴ πολλοὶ εἰδῶσι τὰ γεγραμμένα· ἅπαξ γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου ἀνοίγεται, τῇ δωδεκάτῃ*

τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός. *In antiquissimo Bacchi templo in Limnis collocarunt; vt ne multi, quæ inscripta sunt, cognoscerent: semel enim quoque anno aperitur, duodecimo die mensis Anthestereonis.* In eodem, prope aram, in lapideâ columnâ, lex perscripta de vxore regis erat; quam ciuem ducere, virginemq;, tenebatur. Demosthenis hâc de re est locus elegans, in citata Oratione. Τὸν μὲν βασιλέα οὐδὲν ἧττον ὁ δῆμος ᾑρεῖτο, ἐκ προκρίτων δι' ἀνδραγαθίαν χειροτονῶν. τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ νόμον ἔθεντο ἀστὴν εἶναι, καὶ μὴ ἐπιμεμιγμένην ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἀλλὰ παρθένον γαμεῖν· ἵνα κατὰ τὰ πάτρια θύηται τὰ ἄρρητα ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὰ νομιζόμενα γίγνηται τοῖς θεοῖς εὐσεβῶς, καὶ μηδὲν καταλύηται, μηδὲ καινοτομῆται. καὶ τοῦτον τὸν νόμον, γράψαντες ἐν στήλῃ λιθίνῃ, ἔστησαν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διονύσου, παρὰ τὸν βωμὸν, ἐν Λίμναις. *Regem nihilominus populus creabat, delectu è præstantissimis habito. Vxorem autem eius, lege sanxit esse ciuem; & non alteri commistam viro, sed virginem ducendam, vt patrio ritu arcana sacra pro republica immolarentur, & iusta dijs piè solverentur: vtque nec desereretur, nec innovaretur quicquam. Atque hanc legem, in lapidea pila scriptam, collocarunt in templo Bacchi, iuxta aram, in Limnis.* Exstabatque hæc columna etiam Demosthenis tempore, cùm iam literæ vetustate tantùm non evanuissent. Ipse dicit, in eâdem Oratione. Καὶ αὕτη ἡ στήλη ἔτι καὶ νῦν ἕστηκεν, ἀμυδροῖς γράμμασιν Ἀττικοῖς δηλοῦσα τὰ γεγραμμένα. *Et hæc columna etiamnum exstat, literis Atticis evanidis, quæ inscripta sunt, repræsentans.* Porrò & pueri hîc certabant pugilatu, inde Λιμνομάχαι dicti. Hesychius. Λιμνομάχαι, παῖδες, οἱ πυκτεύοντες ἐν τόπῳ Λίμναις καλουμένῳ. *Limnomachæ, pueri, pugilatu certantes in loco Limnis appellato.*

CAP. V.

CAP. V.

Bibliotheca, à Pisistrato primum structa, ab Atheniensibus aucta; à Xerxe auecta, & à Seleuco Nicanore remissa: à Sylla direpta; ab Hadriano Imperatore instaurata, qui gymnasium etiam addidit, & cognomen à se dedit. Palæstræ Hippocratis, Sibyrtij, Taureæ, & Lycurgi; ante quam columna ab eo collocata, in qua scriptum, quicquid ipse in republica gessisset. Balneum, ad Anthemocriti statuam; eaq; vbi fuerit, indicatum. Columna Diophanti; & in ea inscriptum item iusiurandum.

BIBLIOTHECA item erat, à Pisistrato primùm structa. Inde Hieronymus, de beato Pamphilo martyre, in Epistolâ ad Marcellam CXLI. *Cum Demetrium Phalereum, & Pisistratum, in sacræ bibliothecæ studio, vellet æquare.* Hanc cùm mox auxissent valde Athenienses, Xerxes libros, Vrbe incensâ, in Persas transtulit; vnde postea Seleucus Nicanor Athenas remisit. Aulus Gellius, lib. VI. cap. XVII. *Libros Athenis disciplinarum liberalium publicè ad legendum præbendos primus posuisse dicitur Pisistratus tyrannus. deinde studiosius, accuratiusq;, ipsi Athenienses auxerunt. sed omnem illam postea librorum copiam Xerxes, Athenarum potitus, Vrbe ipsa præter arcem incensa, abstulit, asportauitq; in Persas. hos porrò libros multis post tempestatibus Seleucus rex, qui Nicanor appellatus, referendos Athenas curauit.* Isidorus, Orig.

Orig. lib. VI. cap. III. *Apud Græcos bibliothecam primus instituisse Pisistratus creditur, Atheniensium tyrannus; quam deinceps ab Atheniensibus auctam Xerxes, incensis Athenis, euexit in Persas: longoq́ post tempore Seleucus Nicanor rursus in Græciam retulit.* Hinc diripuit, atque Romam auexit Sylla. Lucianus, Aduersus Indoctum. Εἰ ἅπαντα ἐκεῖνα (τὰ βιβλία) κτήσῃ, ὅσα ὁ Σύλλας Ἀθήνηθεν εἰς Ἰταλίαν ἐξέπεμψε, τί ἂν ἐκ τούτου πλέον εἰς παιδείαν κτήσαιο; *Si omnes eos libros habeas, quos Athenis in Italiam auexit Sylla, num ideò eruditior es futurus?* Denique instaurauit, vt alia multa, Hadrianus Imperator. Eusebius Hieronymi, in Chronico, Olymp. CCXXVII. *Hadrianus, cùm insignes, & plurimas, ædes Athenis fecisset, agonem edidit, Bibliothecamq́ miri operis exstruxit.* Quæ totidem verbis in suo Chronico Cassiodorus. Ecce verò, ait fuisse *miri operis*; & rectè dixit: nam cellæ erant, lacunari inaurato, & alabastro, præfulgentes; tum & signis, picturisq́ue, exornatæ: & gymnasium iuxta positum, Adriani cognomento; ac columnæ in eo centum, è lapide Lybico. Pausanias, in Atticis, vbi cætera Adriani opera narrat. Καὶ οἰκήματα ἐνταῦθά ἐστιν ὀρόφῳ τε ἐπιχρύσῳ, καὶ ἀλαβάστρῳ λίθῳ· πρὸς δὲ, ἀγάλμασι κεκοσμημένα, καὶ γραφαῖς. κατάκειται δὲ ἐς αὐτὰ βιβλία. καὶ γυμνάσιόν ἐστιν, ἐπώνυμον Ἀδριανοῦ. κίονες δὲ καὶ ἐνταῦθα ἑκατὸν, λιθοτομίας τῆς Λιβύων. *Sunt & cellæ hîc, lacunari inaurato, ex lapide alabastro; insuper ornatæ signis, & picturis: repositiq́ illic libri. ac gymnasium est, ab Adriano cognomen habens: & columnæ in eo centum, è Libyum lapicidinâ.* Erant & palæstræ aliquot. In his, Hippocratis. Plutarchus, in Isocratis Vitâ, lib. De x. Rhet. Ἐπελθόντα δὲ ἐπὶ Χαιρωνίδου ἄρχοντος, ἀπαγγελθέντων τῶν περὶ

Χαιρώνδαν ἐν τῇ Ἱπποκράτους παλαίστρᾳ πυθόμενος. Obijt sub Charonide archonte; cum de clade ad Chæroneam quæ nuntiabantur in Hippocratis palæstrâ intellexisset. Et Lycurgi; ante quam columna posita, in quâ scripserat, quicquid gestum ab ipso esset; vt inspiceret, quisquis vellet. Plutarchus idem, in eius Vitâ. Πάντων δὲ, ὧν διῴκησεν, ἀναγραφὴν ποιησάμενος, ἀνέθηκεν ἐν στήλῃ, πρὸ τῆς ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθείσης παλαίστρας, σκοπεῖν τοῖς βουλομένοις. *Omnia, quæ gessit, cùm descripsisset, in columnâ proposuit, ante palæstram, à se factam, vt inspicere quilibet posset.* Et Sibyrti. Idem Plutarchus, in Alcibiade. Καὶ ὅτι τῶν ἀκολουθούντων τινὰ κτείνειεν, ἐν τῇ Σιβυρτίου παλαίστρᾳ, ξύλῳ πατάξας. *Et quod quendam ex asseclis interfecisset, in Sibyrtij palæstrâ, ligno percussum.* Item Taureæ; de qua dixi *Ceramici* cap. III. Balneum etiam quoddam erat, iuxta statuam Anthemocriti. Isæus, in Oratione aduersus Calydonen, apud Harpocrationem, in Ἀνθεμόκριτος. Τόπε βαλανεῖον, τὸ παρ' Ἀνθεμοκρίτου ἀνδριάντα. *Et balneum, quod est apud Anthemocriti statuam.* Erat verò, vt per occasionem dicam, statua ista ante portam quandam Vrbis. Philippus, in Epistolâ ad Athenienses. Μεγαρέων οὖν Ἀνθεμόκριτον ἀνελόντων, ἐς τοῦτο ἐλήλυθεν ὁ δῆμος, ὥστε μυστηρίων μὲν εἴργειν αὐτοὺς, ὑπομνήματα δὲ τῆς ἀδικίας ἔστησαν, ἀνδριάντα πρὸ τῶν πυλῶν. *Cum Megarenses Anthemocritum occidissent, eò populus processit, vt mysterijs ipsos prohiberent, ac iniuriæ monumentum constituerent, statuam eius ante portam.* Nempe in viâ sacrâ, quâ Eleusinem iter erat. Pausanias, in Atticis. Ἰοῦσι δὲ ἐπ' Ἐλευσῖνα ἐξ Ἀθηνῶν, ἣν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν ὁδὸν ἱερὰν, Ἀνθεμοκρίτου πεποίηται μνῆμα. *Euntibus verò Eleusinem Athenis, in viâ sacrâ ab Atheniensibus dictâ, Anthemocriti monu-*

monumentum factum est. Inuenio & columnam quandam Diophanti; in quâ iusiurandum inscriptum, quo promitterent, si quis quicquam in republicâ asserendâ passus aliquando foret, illa ipsa huic se daturos præmia, quæ Harmodio, & Aristogitoni, dedissent. Vide *Pisistratum* nostrum, cap. XIV.

CAP. VI.

Ἐξαίρεσις, vbi sarcinæ sepositæ. Ἀφέται. Xerxis classis vbi primùm infeliciter egerit. Χρύσα. Παράσιτον. Primitiæ sacri frumenti vbi reponi à parasitis solitæ. Ὁρκωμόσιον. Fœdus inter Theseum, & Amazonas, vbi ius dixerit, ante Solonem. Θεσμοθέσιον. Thesmothetæ vbi idem facere ante eundem soliti. Ἐπιτάχαλκον. Plutarchi locus emendatus. Ἵππου καὶ κόρης. Hippomenis crudele factum. Τρίγλα. Λέσχαι, & quot numero eæ fuerint.

AD alia loco transeamus. Erat Ἐξαίρεσις; vbi exemptas nauibus sarcinas, curribusve, seponebant. Etymologici Auctor. Ἐξαίρεσις, τόπος τὶς Ἀθήνησιν, ἔνθα ὑπεξαιρούμενοι τὰ φορτία ἀπετίθεντο. *Exæresis, locus: vbi sarcinas exemptas deponebant.* Deinde, Ἀφέται; vbi primum infortunium Xerxis classis est experta. Suidas. Ἀφέται, τόπος Ἀθήνησιν, ἔνθα ὁ στόλος Ξέρξου τοπρῶτον ἐδυστύχησε. *Aphetæ, locus Athenis, vbi primùm Xerxis classis infeliciter egit.* Etiam, Χρύσα. Meminit Plutarchus, in Vitâ Thesei. Ἱστορεῖ δὲ Κλείδημος, ἐξακριβῶν τὰ καθέκαστα

βϐλόμενος, τὸ μὲν εὐώνυμον τῶν Ἀμαζόνων κέρας, ἐπιστρέφειν πρὸς τὸ νῦν καλούμενον Ἀμαζόνιον· τῷ δὲ δεξιῷ, πρὸς τὴν Πνύκα κατὰ τὴν Χρύσαν ἥκειν. *Narrat Clidemus, singulatim exacte omnia exequi cupiens, sinistrum quidem Amazonum cornu, ad Amazonium nunc vocatum declinasse; dextrum verò ad Pnycem vsque iuxta Chrysam pervenisse.* Erat quoque, Παρασίτιον; vbi primitias sacri frumenti reponebant parasiti. Athenæus, lib. VI. Ἐκ τούτου δῆλόν ἐστιν, ὅτι, ἐν ᾧ τὰς ἀπαρχὰς ἐτίθεσαν τοῦ ἱεροῦ σίτου οἱ παράσιτοι, τοῦτο Παρασίτιον προσηγορεύετο. *Ex eo certum est, quod, vbi primitias sacri frumenti reponebant parasiti, Parasitium dicebatur.* Occurritque eius mentio in verbis Legis Regiæ, apud eundem Athenæum, eodem loco. ὅτι δὲ καὶ ἀρχεῖον ἦν αὐτῶν (τῶν παρασίτων,) ἐν τῷ αὐτῷ τοῦ βασιλέως νόμῳ τάδε γέγραπται· Εἰς τὴν ἐπισκευὴν τοῦ νεὼ, τοῦ ἀρχείου, τοῦ παρασιτίου, καὶ τῆς οἰκίας τῆς ἱερᾶς, διδόναι τὸ ἀργύριον, ὁπόσον ἂν οἱ τῶν ἱερῶν ἐπισκευασταὶ μισθώσωσιν. *Quod archiuum fuerit parasitorum, in eâ ipsâ lege regiâ est perscriptum. Ad instaurationem templi, archiui, parasitij, & ædis sacræ, tantum pecuniæ detur, quantæ instauratores sacrorum locauerint.* Pollux, lib. VI. cap. VII. Καὶ ἀρχεῖόν τι Ἀθήνησι, Παρασίτιον καλούμενον· ὡς ἐν τῷ νόμῳ τοῦ βασιλέως ἐστὶν εὑρεῖν. *Et archiuum est Athenis, Parasitium nuncupatum; vt in lege regis licet inuenire.* Est & Ὁρκωμόσιον legere; vbi fœdus constitutum inter Theseum, & Amazonas. Plutarchus, in Vitâ Thesei. Ἀλλὰ τόν γε τὸν πόλεμον εἰς σπονδὰς τελευτῆσαι, μαρτύριόν ἐστιν ἥ τε τοῦ τόπου κλῆσις, τοῦ παρὰ τὸ Θησεῖον, ὅνπερ Ὁρκωμόσιον καλοῦσιν, ἥ τε γινομένη πάλαι θυσία ταῖς Ἀμαζόσι, πρὸ τῶν Θησείων. *Sed & bellum hoc fœdere terminatum fuisse, testatur cùm denominatio ipsa loci iuxta Theseum, Horcomosium appellati, tum & sacra ab*

Ama-

Amazonibus olim facta, ante Theséa. Erat etiam Βουκολεῖον, vbi rex ius dicere solitus; vt exposui *Ceramici* cap. III. Θεσμοθέσιον; vbi Sex-viri, θεσμοθέται appellati, itidem ius dicere soliti, neinpe antequam vnum in locum convenirent, ex Solonis instituto. Suidas. Οἱ θεσμοθέται, παρὰ τὸ Θεσμοθέσιον. *Thesmothetæ, apud Thesmothesium.* Erat item, Ἑπτάχαλκον. Plutarchus, in Vitâ Syllæ. Ἐν ᾗ τούτῳ λέγεται, τινὰς ἐν Κεραμεικῷ πρεσβυτῶν ἀκούσαντας, διαλεγομένων πρὸς ἀλλήλους, καὶ κακιζόντων τὸν τύραννον, ὡς μὴ φυλάττοντα τοῦ τείχους τὴν περὶ τὸ Ἑπτάχαλκον ἔφοδον, καὶ προσβολήν· ᾗ μόνῃ δυνατὸν εἶναι, καὶ ῥᾴδιον, ὑπερβῆναι τοὺς πολεμίους. *Inter hæc in Ceramico fama est verba à quibusdam excepta fuisse colloquentium senum, & tyrannum insectantium, quod accessum, & aditum, ad Heptachalcum, qui vnus hostibus facilè superabilis esset, non sepsisset statione.* Iterum, lib. περὶ ἀδολεσχίας. Πρεσβυτῶν τινῶν ἐπὶ κουρείου διαλεγομένων, ὡς οὐ φυλάττεται τὸ Ἑπτάχαλκον, καὶ κινδυνεύει τὸ ἄστυ κατ' ἐκεῖνο ληφθῆναι τὸ μέρος. *Cum senes quidam in tonstrinâ dictitarent, non custodiri Heptachalcum; & ea sola parte periculum esse, ne Vrbs capiatur.* Sed hîc, pro ἐπὶ κουρείου, in tonstrinâ, legendum est, ἐπὶ Κεραμεικοῦ, *in Ceramico*: quemadmodum est in citatis è Vitâ Syllæ verbis. Alibi quoque Ἵππου καὶ κόρης locus quidam dicebatur, à crudeli Hippomenis facto. Suidas. Ἱππομένης, Ἀθηναίων ἄρχων. ὃς ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς, δι' αἰτίαν τοιάνδε. τὴν αὐτοῦ θυγάτηρ, τήν τινα τῶν ἀστῶν τινὸς αἰσχύναντος λάθρα, ὑπ' ὀργῆς καθεῖρξεν εἰς οἴκημα, δήσας σὺν ἵππῳ, καὶ τροφὴν οὐδετέρῳ εἰσέπεμπεν. πιεσθεὶς οὖν λιμῷ ὁ ἵππος, ἐφορμήσας τῇ παιδὶ, ἀνήλωσέ τε αὐτὴν, καὶ αὐτὸς ὕστερον ἀπέθανε. μετὰ ταῦτα, ἀποσκαφείσης αὐτοῦ τῆς οἰκήσεως, ἀπ' ἐκείνου ὁ χῶρος ἐκαλεῖτο, Ἵππου καὶ Κόρης. *Hippomenes.*

menes, archon Atheniensium; qui magistratu deiectus fuit, ob causam talem. Filiam habebat, quam cùm quidam clam stuprasset, præ ira ipsam carceri inclusit, cum equo vinctam, neutri pabulum intromittens. Equus itaque, fame pressus, impetu in puellam facto, eam absumpsit, & ipse quoque postea mortuus est. Post quæ, euersa eius domo, locus inde Equi & Puellæ dictus. Meminit facti, etsi non loci, Heraclides, De Rebusp. Ἱππομένης δὲ, εἷς τῶν Κοδριδῶν, βουλόμενος ἀπώσασθαι τὴν διαβολὴν, λαβὼν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ Λειμώνῃ μοιχὸν, ἐκεῖνον μὲν ἀνεῖλεν, ὑποζεύξας μετὰ τῆς θυγατρὸς τῷ ἅρματι· τὴν δὲ, ἵππῳ συνέκλεισεν, ἕως ἀπώλετο. *Hippomenes, vnus de Codridis, amoliri calumniam cupiens, cum adulterum apud filiam Limonen deprehendisset, illum quidem interfecit, currui vnà cum filia alligatum; istam verò, cum equo inclusit, donec exspiraret.* Vide quæ notata mihi in rem istam, *De Archontibus* lib. I. cap. VI. Erat &, Τρίγλα. Athenæus, lib. VII. Ἀθήνησι δὲ καὶ τόπος τις Τρίγλα καλεῖται. *Athenis verò etiam locus quidam Trigla vocatur.* Meminit item Eustathius, totidem verbis, ad Iliad. υ'. Denique etiam Λέσχαι erant; vbi pauperes, vt se gratis calefacerent, conveniebant: erant autem ad CCCLX. Proclus, in Hesiodi Ἔργων β'. Ὅτι δὲ τοὺς ἀλεεινοὺς οἴκους οἱ πένητες κατελάμβανον, ἐν οἷς συγκαθήμενοι ἐν λαλιαῖς ἦσαν, δῆλον· καὶ ὅτι λέσχας ἐκάλουν τούτους. καὶ γὰρ ἐν Ἀθήναις ἦσαν τοιοῦτοι τόποι, καὶ ὠνομάζοντο Λέσχαι, ἑξήκοντα καὶ τριακόσιοι. *Quod domos calidas occupauerint pauperes, in quibus ad confabulationes vnà sederent, manifestum est; tum quod Leschas has vocauerint: erant verò Athenis loca eiusmodi, quæ & Leschæ dicebantur sexaginta & trecenta.*

CAP. VII.

CAP. VII.

Λιμοῦ πεδίον. Campus, Fami dedicatus, iussu Apollinis. Θησαυρός. Picturæ ibi Polygnoti, aliæque. Βλαύτη. Heros ibi cultus, & calceus lapideus dedicatus. Αὐλῶνες ἱεροί. Ἀσώπιον. Βάραθρον; siue, Ὄρυγμα.

CAMPVS etiam quidam erat, Fami ſacer, iuſſu Apollinis; λιμοῦ πεδίον appellatus, Diogenianus, Cent. VI. Proverb. XIII. Λιμοῦ πεδίον. Ἐπὶ τῶν ὑπὸ λιμοῦ πιεζομένων πόλεων. Λιμοῦ γὰρ ποτὲ ὄντος, ἔχρησεν ὁ θεὸς Ἀθηναίοις, ἀνεῖναι τῷ λιμῷ πεδίον, εἰ μέλλοιεν ἀπαλλαγῆναι τοῦ λιμοῦ· διὸ καὶ ἐποίησαν. *Famis campus; de vrbibus fame oppreſſis. Nam, cùm olim fames eſſet, auctor Athenienſibus fuit Deus, vti campum Fami conſecrarent, ſiquidem liberari vellent, itaque factum eſt.* Quæ totidem verbis Apoſtolius, Cent. XII. Proverb. II. Erat autem retrò Prytaneum. Tarrhæus. λιμοῦ πεδίον. αὕτη τάττεται ἐπὶ τῶν ὑπὸ λιμοῦ πιεζομένων πόλεων. τόπος γάρ ἐστιν, οὕτω καλούμενος. καὶ λέγουσιν· ὅτι, λιμοῦ κατασχόντος, ἔχρησεν ὁ θεὸς ἱκετείαν θέσθαι, καὶ τὸν Λιμὸν ἐξιλεώσασθαι. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, ἀνῆκαν αὐτῷ τὸ ὄπισθεν τοῦ Πρυτανείου πεδίον. *Famis campus. Dicitur in ciuitates fame oppreſſas. Locus enim eſt, ita dictus. Ac tradunt, cum fames oborta eſſet, dediſſe oraculum Athenienſibus deum, vti facta ſupplicatione Famem ſibi propitiam redderent. Athenienſes verò, campum poſt Prytaneum dedicarunt.* Narrat illis ipſis verbis item Zenobius, Cent. IV. Proverb. XCIII. Heſychius meminit breuiter. λιμοῦ πεδίον. τόπος τῆς Ἀττικῆς.

κῆς. *Famis campus; locus Atticæ.* Erat alibi & Θησαυρὸς; domus quædam, in quâ repositæ pecuniæ sacræ, & deorum simulacra. Hesychius. Θησαυρὸς, εἰς ἀγαλμάτων, καὶ χρημάτων ἱερῶν, ἀπόθεσιν οἶκος. *Thesaurus; domus, in qua reposita simulacra, & pecuniæ item sacræ.* Picturæ insuper multæ ibi, & in istis Polygnoti. Harpocration, in Πολύγνωτος. Περὶ Πολυγνώτου τοῦ ζωγράφου, Θασίου μὲν τὸ γένος, υἱοῦ δὲ μαθητοῦ Ἀγλαοφῶντος, τυχόντος δὲ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας, ἤτοι ἐπεὶ τὴν Ποικίλην στοὰν ἀνέγραψε προῖκα· ἤ, ὡς ἕτεροι, τὰς ἐν τῷ Θησαυρῷ, καὶ Ἀνακείῳ, γραφὰς, ἱστορήκασιν ἄλλοι τε, καὶ Ἀρτέμων. ἐν τῷ Περὶ ζωγράφων. *De Polygnoto pictore, Thasio quidem genere, filio verò & discipulo Aglaophontis, sed qui ciuitatem Atheniensem consecutus esset, siue quod Pœcilen porticum picturis suis gratis ornasset; siue, ut aliỹ volunt, ob picturas in Thesauro, & Dioscurorum templo; memorant cum aliỹ, tum Artemon, in opere De pictoribus.* Fuit & Βλαύτη. Hesychius. Βλαύτη, τόπος Ἀθήνησι. *Blaute, locus Athenis.* Et heros quidam illic cultus, ὁ ἐπὶ Βλαύτῃ appellatus. Pollux, lib. VII. cap. XXII. Βλαύτη, σανδαλίου τι εἶδος· καὶ ἥρως Ἀθήνησιν, ὁ ἐπὶ Βλαύτῃ. *Blaute, sandaliỹ quædam species; & heros Athenis, in Blaute dictus.* Quin sandalium ibidem è lapide dedicatum fuit. Subiungit Pollux, loco citato. Ἀνέθηκε γάρ τις σκυτοτόμος βλαύτης λίθινον τύπον. *Dedicauit enim sutor quidam sandaliỹ formam lapideam.* Vbi obserua, vnde nomen datum fuerit. Erant &, Αὐλῶνες ἱεροί. Athenæus, lib. V. λέγονται δὲ Ἀθήνησι καὶ ἱεροί τινες αὐλῶνες· ὧν μέμνηται Φιλόχορος ἐν τῇ ἐννάτῃ. *Dicuntur verò Athenis etiam valles quædam sacræ; quarum meminit Philochorus, libro nono.* Erat etiam, Ἀσώπιον. Hesychius. Ἀσώπιον, τόπος Ἀθήνησι. *Asopium, locus Athe-*

nis.

nis. Denique Βάραθρον, quod & Ὄρυγμα. Vide *Lectiones Atticas* noſtras, lib. I. cap. XXV.

CAP. VIII.

Viæ aliquot. Ἡ εἰς Πειραιᾶ. Ἑστία. *Mercurius* Τρικέφαλος, *à Patroclide dedicatus. Harpocration reſtitutus.* Ἡ ξενική. Ἡ τῶν πολεμίων. Ἡ τῶν Ἑρμογλύφων. Ἡ τῶν κιβωτοποιῶν. Ἡ τῶν μυρμήκων. Ῥύμη τρίτη. *Vrbs non rectè in plateas ſuas ſecta.*

VIÆ Vrbis è quàm plurimis paucæ ſanè memorantur. Erat, Ἡ εἰς Πειραιᾶ. Dinarchus, Orat. in Demoſthenem. Καὶ καταισχύνων τὴν τῆς πόλεως δόξαν, χρυσὸν ἐκ τῶν δακτύλων ἀναψάμενος, περιεπορεύετο. τρυφῶν ἐν τοῖς τῆς πόλεως κακοῖς, καὶ ἐπὶ φορείου καταπομιζόμενος τὴν εἰς Πειραιᾶ ὁδόν. *Ac dedecorans gloriam Vrbis, ſuſpenſo è digitis auro, obambulabat; delicias faciens in malis publicis, ac lecticâ delatus viâ Piræenſi.* Erat alia, Ἑστία dicta. Iſæus, Orat. in Euclidem, apud Harpocrationem, in Τρικέφαλος. Μικρὸν δ᾽ ἄνω τοῦ Τρικεφάλου, παρὰ τὴν Ἑστίαν ὁδόν. *Paulò ſupra Tricipitem, ad viam Veſtam;* Vbi obiter obſeruandum, Mercurium illic Tricipitem fuiſſe; quem ſciendum, à Proclide dedicatum, Hipparchi amatore. Harpocration, ibidem. Ἔστι δὲ ὁ ἀναθεὶς τὸν Τρικέφαλον Ἑρμῆν, ὡς Φιλόχορος φησὶν ἐν τρίτῃ, Προκλείδης, Ἱππάρχου ἐραστής. *Qui Mercurium Tricipitem dedicauit, vt Philochorus refert libro tertio, eſt Proclides, Hipparchi amator.* Sed legendum, Πατροκλείδης; non, Προκλείδης. Ita Suidæ memo-

memoratur, & Auctori Etymologici. Vide *Pisistratum* nostrum, cap.XIII. Alia erat, Ἡ ξενική. Plutarchus in Vitâ Thesei. Αὐτὸς ναυπηγίαν ἐπεβάλλετο, τὴν μὲν, ἐν Θυμοιταδῶν αὐτόθι, μακρὰν τῆς ξενικῆς ὁδοῦ· τὴν δὲ, διὰ Πιτθέως, ἐν Τροιζῆνι. *Ipse naues fabricare instituit, partim ibidem in Thymætadis, procul à Viâ peregrinorum; partim per Pittheum, in Træzene.* Fuit &, Ἡ τῶν πολεμίων. Philostratus, in Phœnice, Sophist. lib.II. Ἑβδομηκοντούτης δ᾽ ἀποθανὼν Ἀθήνησιν, ἐτάφη οὐκ ἀφανῶς· κεῖται γὰρ πρὸ τῆς τῶν πολεμίων, ἐν δεξιᾷ τῆς Ἀκαδημίας καθόδου. *Cùm Athenis decessisset anno ætatis septuagesimo, sepultus eſt vtcunque magnificè: situs enim eſt ante viam hostium dictam, quâ ex Academia descenditur, dextram versus.* Item, Ἡ τῶν Ἑρμογλυφείων. Plutarchus, De Genio Socratis. Ἐπεσπάσαντο Χάριλλον τὸν αὐλητὴν, ἥκοντα μετ᾽ ἐμοῦ καὶ αὐτὸν εἰς Ἀθήνας πρὸς Κέβητα. πορευομένοις δ᾽ αὐτοῖς διὰ τῶν Ἑρμογλυφείων, παρὰ τὰ δικαστήρια, σύες ἀπαντῶσιν ἀθρόοι, βορβόρου περίπλεοι. *Attraxerunt Charillum tibicinem, qui & ipse mecum Athenas ad Cebetem veniebat. Euntibus autem illis via statuariorum, iuxta fora iudiciaria, sues occurrunt conferti, cæno vndique pleni.* Plato, in Symposio. Φημὶ γὰρ ὁμοιότατον αὐτὸν εἶναι τοῖς Σειληνοῖς τούτοις, τοῖς ἐν τοῖς Ἑρμογλυφείοις καθημένοις. *Aio simillimum ipsum esse Silenis, quæ sedent in officinis statuariorum.* Etiam, ἡ τῶν κιβωτοποιῶν. Plutarchus, loco iam citato. Εἶτ᾽ ἀναστρέψας, ἐπορεύετο τὴν διὰ τῶν κιβωτοποιῶν. *Deinde reuersus, iuit per plateam arculariorum.* Item, Ἡ τῶν μυρμήκων. Hesychius. Μυρμήκων ὁδὸς, Ἀθήνησι τόπος. *Formicarum via, locus Athenis.* Et, Ῥύμη τρίτη. Pollux, lib.IX. cap.V. Ῥύμην τρίτην. ὁ γὰρ στενωπὸς οὗτος ἦν Ἀθήνησι. *Angiportum tertium; erat enim id Athenis.* Id verò sciendum vniuersim; minus

pulcrè

pulcrè in plateas sectam Vrbem fuisse. Dicæarchus, in Descriptione Græciæ. Ἐντεῦθεν εἰς τὸ Ἀθηναίων ἔπεισιν ἄστυ. ὁδὸς δ' ἡδεῖα, γεωργουμένη πᾶσα, τὸ δ' ἄνυδρον, κακῶς ἐρρυμοτομημένη, διὰ τὴν ἀρχαιότητα. *Hinc Atheniensium Vrbem ingreditur. via verò amœna est, culta tota, humanitatem præ se ferens; at Vrbs ipsa, sicca tota, neque aquis benè instructa, neque rectè item in plateas secta, ob vetustatem.* Tamen Εὐρυάγυια dicitur ab Homero, Odyss. lib. VII.

Ἵκετο δ' ἐς Μαραθῶνα, καὶ Εὐρυάγυιαν Ἀθήνην.

Venit verò Marathonē, & latas plateas habentes Athenas. Sed Poëta ad magnitudinem potius Vrbis, quàm ad plateas respexit. Sic nimirum etiam alij è poëtis, quas magnas dicere Vrbes volunt, Εὐρυαγύιας appellant.

CAP. IX.

Tabulæ duæ, ab Aglaophonte pictæ, Alcibiadis donaria: item tertia, à Thrasippo dedicata. Elephas pictus; & mulierum frequentia, Πολυγύναικος *appellata. Achilles, habitu virginali occultatus, deprehendente Vlysse. Agaso, cum equo. Iacchus, è marmore; bucula Myronis, ex ære. Paralus pictus. Clypeo dimicans, luctator, & tibicen, Antidoti opus. Necyomantia Homeri, à Nicia picta; & Atheniensis populus, à Parrhasio. Ægis aurea; & in ea item Gorgo, Antiochi donum. Diogenis pulpitum. Turris marmorea octagonos Andronici Cyrrhestæ, & in ea horologium. Columna, in curia; in qua decretum de puniendis proditoribus, & reip. eversoribus. Domus Chabriæ. Sepulcrum Solonis, Pythionices, ac Panathenaidis. Populi duæ; & Inscriptiones totidem, in Pompeij honorem positæ. Rota, ad quam alligari servi soliti.*

MISCELLANEA quædam hîc dabo. Erant tabulæ alibi duæ, ab Aglaophonte pictæ; in quarum vnâ, Pythias, & Olympias, Alcibiaden coronabant: in alterâ, Nemea erat sedens, & in genibus insidentem eum habens: vtraque autem ab eodem Alcibiade, ex Olympiâ Athenas reverso, dedicata. Athenæus, lib. XII. Ἀφικόμενος δ' (ὁ Ἀλκιβιάδης) Ἀθήνησιν ἐξ Ὀλυμπίας, δύο πίνακας ἀνέθηκεν, Ἀγλαοφῶντος γραφήν. ὧν ὁ μὲν, εἶχεν Ὀλυμπιάδα, καὶ Πυθιάδα, στεφανούσας αὐτόν. ἐν

δὲ θατέρῳ, Νεμέα ἦν, καθημένη· καὶ ἐπὶ τῶν γονάτων αὐτῆς, Ἀλκιβιάδης. *Reuersus (Alcibiades) Athenas ex Olympia, duas tabulas dedicauit, ab Aglaophonte pictas; quarum vna, Olympiada habebat, & Pythiada, ipsum coronantes; in altera verò, Nemea erat, sedens; & in genibus ipsius, Alcibiades.* Erat tertia; ab Thrasippo, cùm Ecphantidæ sumptum ille præbuisset, dedicata. Meminit eius Aristoteles, Politic. lib. VIII. cap. VI, Καὶ περὶ Ἀθήνας οὕτως ἐπεχωρίασεν, ὥστε σχεδὸν οἱ πολλοὶ τῶν ἐλευθέρων μετεῖχον αὐτῆς. δῆλον δὲ ἐκ τοῦ πίνακος, ὃν ἀνέθηκε Θράσιππος, Ἐκφαντίδῃ χορηγήσας. *Et Athenis vsque adeò venit in consuetudinem, vt magna ferè pars ingenuorum eius participes essent. idq; manifestum è tabula, quam Thrasippus dedicauit, cùm Ecphantidæ sumptum suppeditasset.* Et elephas pictus. Themistius, lib. De Mem. & Reminisc. Ἡ αἴσθησις καθ' αὐτὸ μὲν, ὁρᾷ τὸν ἐν Ἀθήναις γεγραμμένον ἐλέφαντα· κατὰ συμβεβηκὸς δὲ, τὸν ἐν Ἰνδίᾳ νεμόμενον. *Sensus per se quidem, videt elephantem, qui Athenis est depictus; per accidens verò, eum qui in India pascitur.* Item frequentia mulierum, Πολυγύναικος appellata; tum Achilles, habitu virginis occultatus, & deprensus ab Vlysse: & agaso, cum equo: picturæ Athenionis Maronitæ. Plinius, lib. XXXV. cap. XI. *Pinxit (Athenion Maronita) Athenis frequentiam, quam vocauere* Πολυγύναικον. *Item Achillem, virginis habitu occultatum, Vlysse deprehendente. Et in vna tabula, quaq; maximè inclaruit, agasonem, cum equo.* Iacchus quoque erat, è marmore; bucula Myronis, ex ære; Paralus, pictus. Cicero, Verrinâ IV. *Quid Athenienses, vt ex marmore Iacchum, aut Paralum pictum, aut ex ære Myronis buculam.* Ac in Myronis quidem buculam, multa exstant Epigrammata, apud Ausonium; &

Anthologiæ lib. IV. cap. VII. Clypeo dimicans, & luctator, tibicenque; Antidoti opus: ac Necromantia Homeri, à Nicia discipulo picta. Plinius, lib. XXXV. cap. XI. *Euphranoris autem discipulus fuit Antidotus. Huius est clypeo dimicans, Athenis; & luctator, tibicenq́, inter pauca laudatus. Ipse diligentior, quàm numerosior, & in coloribus seuerus, maximè inclaruit discipulo Nicia Atheniensi, qui diligentissimè mulieres pinxit. Opera eius Athenis, Necromantia Homeri.* Populus quoque Atheniensis, à Parrhasij manu pictus. Plinius idem, eodem lib. XXXV. cap. X. *Parrhasius, Ephesi natus, & ipse multa constituit. Pinxit & δῆμον Atheniensium, argumento quoque ingenioso. Voluit namq; varium, iracundum, iniurium, inconstantem; eundem exorabilem, clementem, misericordem, excelsum, gloriosum, humilem, fugacemq́, & omnia pariter, ostendere.* Ægis aurea, & in illâ Gorgo, in fastigio theatri spectabatur, Antiochi donum. Pausanias, Eliac. I. Ἐν δὲ Ὀλυμπίᾳ, παραπέτασμα ἐρεοῦν, κεκοσμημένον ὑφάσμασιν Ἀσσυρίοις, καὶ βαφῇ πορφύρας τῆς Φοινίκων, ἀνέθηκεν Ἀντίοχος. οὗ δὴ καὶ ὑπὲρ τοῦ θεάτρου τοῦ Ἀθήνησιν ἡ αἰγὶς ἡ χρυσῆ, καὶ ἐπ' αὐτῆς ἡ Γοργὼ, ἡ ἐς τὰ ἀναθήματα. *Et Olympiæ laneum velum cum textili Assyriorum opere, tum Phænicum purpura luculentum, dedicauit rex Antiochus. Eiusdem donum fuit ægis aurea, addita Gorgone; quæ Athenis in theatri fastigio inter cætera donaria locata est.* Diogenis pulpitum, supra vrbem vrceolum, à Diogene ipso factum, & donatum. Pollux, lib. X. cap. XIV. Εἰ δὲ καὶ τὸ ἀναλόγιον ἐθέλοις προσονομάζειν, ἐπὶ τοῖς βιβλίοις ὑποκειμένου, παρ' οὐδενὶ τῶν κεκριμένων εὗρον. Ἀθήνησι δὲ, ὑπὲρ ὑδρίου τινὸς, οὗ τὸ ὕδωρ ἐπεχεῖτο, πίνημα, καὶ ἀνάθημα, Διογένους· ὃ καὶ Διογένειον ἀναλόγιον ἐκαλεῖτο.

Si

Siverò ad hæc etiam pulpitum nominare velis, id cui libri incumbunt, apud nullum probatum Auctorem repperi. Athenis verò tale erat, supra vrceolum, cui aqua infundebatur, factum, & donatum, à Diogene; quod & Diogenianum pulpitum dicebatur. Turris marmorea, octo angulos habens; in quâ horologium, Andronici Cyrrhestæ opus. Vitruuius, lib.I.cap.VI. *Sed, qui diligentius perquisiuerunt, tradiderunt eos esse octo; maximè quidem Andronicus Cyrrhestes, qui etiam exemplum collocauit Athenis, turrim marmoream octogonon; &, in singulis lateribus octogoni, singulorum ventorum imagines exsculptas contra suos cuiusque flatus designauit: supraq; eam turrim metam marmoream perfecit, & insuper Tritonem æneum collocauit, dextra manu virgam porrigentem: & ita machinatus est, vti vento circumageretur, & semper contra flatum consisteret, supraq; imaginem flantis venti indicem virgam teneret.* Meminit Varro, De Re Rust. lib. III. cap. V. *In eodem hemisphærio medio, circum cardinem, est orbis ventorum octo; vt Athenis in horologio, quod fecit Cyrrhestes.* Columna in curia; in quâ perscriptum decretum, de puniendis proditoribus, & reip. euersoribus. Lycurgus, Orat. in Leocratem. Οὐ μὴν ἀλλ' ἔτι βούλομαι τῆς στήλης ἀκοῦσαι ὑμᾶς, τῆς ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, περὶ τῶν προδοτῶν, καὶ τῶν τὸν δῆμον καταλυόντων. *Audire equidem vos hæc cupio de columnâ, quæ in curiâ, de proditoribus, iisq; qui statum popularem euertunt.* Et mox. Ταῦτα, ὦ ἄνδρες, ἔγραψαν εἰς τὴν στήλην, καὶ ταύτην ἔστησαν εἰς τὸ βουλευτήριον, ὑπόμνημα τοῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν συνιοῦσι, καὶ βουλευομένοις ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ὡς δεῖ πρὸς τοιούτους ἔχειν. *Hæc, ô viri, in columnam inscripserunt, eamq; in curiâ posuerunt, vt admonerentur ii, qui quotidie hic conueniunt.*

ueniunt, ac de patria consultant, quonam modo ergo hos se gerere debeant. Domus Chabriæ. Hyperides, Orat. in Pasiclem, apud Pollucem, lib. IX. cap. V. Τὴν οἰκίαν τὴν μεγάλην, τὴν Χαβρίου καλουμένην. *Domum magnam, Chabriæ dictam.* Sepulcrum Solonis erat, prope portam, ad mœnia Vrbis. Ælianus, Varr. Hist. lib. VIII. cap. XVI. vbi de Solone agit. Καὶ ἔθαψαν αὐτὸν δημοσίᾳ παρὰ τὰς πύλας πρὸς τῷ τείχει, ἐν δεξιᾷ εἰσιόντων, καὶ περιῳκοδόμητο αὐτῷ ὁ τάφος. *Ac sepelierunt eum publicè iuxta portam, apud mænia, ad dextram introitus, circumstructo monumento.* Erat etiam Pythonices; de quo exstat insignis locus Dicæarchi, lib. Περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως, apud Athenæum, lib. XIII. & Pausanias, in Atticis, ait, inter vetera monumenta vnum omnium maximè spectatu dignum exstitisse. Πυθιονίκην (Ἅρπαλος) ἔγημε, γένος μὲν οὐκ οἶδα ὁπόθεν, ἑταιρήσασαν δὲ ἔν τε Ἀθήναις καὶ ἐν Κορίνθῳ. ταύτης ἐς τοσοῦτον ἔρωτα προῆλθεν, ὡς καὶ μνῆμα ἀποθανούσης ποιῆσαι, πάντων, ὁπόσα Ἕλλησίν ἐστιν ἀρχαῖα, θέας μάλιστα ἄξιον. *Pythionicen (Harpalus) vxorem duxerat; cuius neque genus, neque patriam, noui: tantùm scio, Athenis eam, & Corinthi, corpus vulgasse. Eam verò tam perditè amauit, vt mortuæ monumentum posuerit, omnium, quæ in Græcia sunt, veterum operum quod spectetur dignissimum.* Etiam Panathenaidis, Herodis filiæ. Philostratus, in eius Vitâ, Sophist. lib. II. Τὸ δὲ ἐπὶ Παναθηναΐδι τῇ θυγατρὶ (πένθος) Ἀθηναῖοι ἐπράϋναν, ἐν ἄστει αὐτὴν θάψαντες. *Luctum ob Panathenaiden filiam lenierunt Athenienses, cùm in Vrbe sepeliissent.* Duæ quoque varijs locis populi erant; vna, alba: altera, nigra. De vtraque vide *Lectiones Atticas* nostras, lib. IV. cap. XXXIII. Inscriptiones item duæ, in Pompeij hono-

rem positæ; vna, intrà portam Vrbis: altera, extra. Zonaras, Annal. II. Εἶτα παραπλέων (ὁ Πομπήιος) τὰς πόλεις μετὰ σπουδῆς, οὐ παρῆλθε τὰς Ἀθήνας. ἀναβὰς δὲ, καὶ θύσας, καὶ προσαγορεύσας τὸν δῆμον, εὗρεν ἐπιγραφὰς, εἰς αὐτὸν πεποιημένας· ὧν ἡ μὲν, ἐντὸς τῆς πύλης, ἔλεγεν· ΕΦ' ΟΣΟΝ ΩΝ ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΟΙΔΑΣ, ΕΠΙ ΤΟΣΟΥΤΟΝ ΕΙ ΘΕΟΣ. ἡ δ', ἐκτός. ΠΡΟΣΕΔΟΚΩΜΕΝ, ΠΡΟΣΕΚΥΝΟΥΜΕΝ, ΕΙΔΟΜΕΝ, ΠΡΟΠΕΜΠΟΜΕΝ. *Deinde, cum vrbes præterueheretur (Pompeius) festinanter, Athenas non præterijt. Sed cùm in terram exscendisset, sacris factis, populoq; salutato, inscriptiones, in honorem suum factas, inuenit duas; vnam, intra portam Vrbis, istis verba præferentem:* QVATENVS TE HOMINEM ESSE AGNOSCIS, EATENVS DEVS ES. *alteram, extra:* EXSPECTABAMVS, ADORABAMVS, VIDIMVS, DEDVCIMVS. Quæ accepta sunt è Pompeio Plutarchi. Et rota erat, ad qúam alligati serui puniebantur. Suidas. Τροχός τις ἦν Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ δεσμούμενοι οἱ οἰκέται ἐκολάζοντο. *Rota erat Athenis, cui alligati serui castigabantur.* Meminit Aristophanes, Pluto.

Ἐπὶ τοῦ τροχοῦ γὰρ δεῖ σ' ἐκεῖ στρεβλούμενον
Εἰπεῖν ἃ πεπανούργηκας ——

In rotâ enim illic oportet te diuexatum
Dicere, quæ commisisti callidè. ——

Et in Pace.

Ἢ δοῦλος, αὐτομολεῖν παρεσκευασμένος,
Ἐπὶ τροχοῦ γ' ἕλκοιτο μαστιγούμενος.

Vel seruus, transfugere paratus,
In rotâ trahatur flagris cæsus.

CAP. X.

Horti in Vrbe ante Epicurum nulli; qui primus fecit. Aquæ quales. Puteorum vſus, & præfecti. Lex Solonis. Ὑδάτων ἐπιστάτης. *Aqua ad clepſydras, agendis cauſis; fonsq́ue ei proprius, iuxta quem ex ære Leo.* Ὁ ἐφ' ὕδωρ. Κρηνοφύλαξ. Κρηνοφυλάκιον. Κρηνοφύλακες. Κρηνάγγη. *Torrens,* Κυκλοβόρος *dictus.*

HORTVS in Vrbe priuati hominis ante Epicurum nullus fuit; ille primus introduxit. Plinius lib. XIX. cap. IV. *Iam quidam hortorum nomine in ipſâ Vrbe delicias, agros, villasq́ue poſſident. Primus hoc inſtituit Athenis Epicurus, otij magiſter. Vſque ad eum, moris non fuerat in oppidis habitari rura.* Et emit ille quidem minis octoginta, atque in eo eſt philoſophatus. Diogenes Laertius, in eius Vitâ, lib. X. Πανταχόθεν πρὸς αὐτὸν ἀφικνοῦντο, καὶ συνεβίουν αὐτῷ ἐν τῷ κήπῳ, καθά φησι καὶ Ἀπολλόδωρος· ὃν καὶ ὀγδοήκοντα μνῶν πρίασθαι. *Vndiq́ue ad eum conueniebant, & viuebant cum ipſo in horto, vt ait Apollodorus; qui & addit, minis octoginta emiſſe.* Ac moriens legauit Hermacho; vt ex Teſtamento apparet, quod Diogenes poſtea memorat. Meminit eius Apollonius Tyaneus, in Epiſtolâ quâdam ad Euphratem. Τῶν Ἐπικούρου λόγων ὁ περὶ ἡδονῆς οὐδενὸς ἔτι συνηγόρου δεῖται τοῦ ἐκ τοῦ κήπου, καὶ τῆς ἐκείνου διατριβῆς. πέφηνε γὰρ ὢν καὶ κατὰ τὴν στοὰν ἀληθέστατος. *Ex Epicuri ſermonibus ille, qui de voluptate eſt, non amplius opus habet patrocinio vllius ex horto, aut ex diſciplinâ eius;* nam

nam verissimus etiam ijs, qui in porticu, habitus fuit. Iuuenalis, Sat. XIII.

——non Epicurum
Suspicit, exigui lætum plantaribus horti.

Et XIV.

Quantum, Epicure, tibi paruis suffecit in hortis.

Propertius, lib. III. eleg. XX.

Illic vel studijs animum emendare Platonis
Incipiam; aut hortis, docte Epicure, tuis.

Cicero, De Nat. Deorum, lib. I. *Cur tantum Epicuri hortus habuerit licentiæ.* Et hîc videntur sepulcra sua habuisse, qui de sectâ eius essent. Ecce enim apud Heliodorum, Æthiopic. lib. I. Ἡ δὲ, τὸν κῆπον οἶσθα, ἔλεγεν, ἔνθα τὸ μνῆμα τῶν Ἐπικουρείων. *Hæc verò, hortum nôsti, inquit, in quo monumentum est Epicureorum.* Aquæ verò nullæ erant, nisi quibus ad lauationes tantùm, & res alias, vterentur; ad potum autem, planè inutiles: ad quem putei habebantur. Vitruuius, lib. VIII. cap. III. *Aquæ autem species est, quæ, cùm habeat non satis perlucidas venas, spuma, vti flos, natat in summo, colore similis vitri purpurei. Hæc maximè considerantur Athenis. Ibi enim ex huiusmodi locis, & fontibus, & in asty, & ad portum Piræeum, ducti sunt salientes; è quibus bibit nemo, propter eam causam: sed lauationibus, & reliquis rebus, vtuntur. Bibunt autem ex puteis, & ita vitant eorum vitia.* Itaque aquæ Athenis neque bonæ erant, neque multæ. Dicæarchus, in Descriptione Græciæ. Ἐντεῦθεν εἰς τὸ τῶν Ἀθηναίων ἔπεισιν ἄστυ. ὁδὸς δ' ἡδεῖα, γεωργουμένη πᾶσα, ἔχουσα τῇ ὄψει φιλάνθρωπον· ἡ δὲ πόλις, ξηρὰ πᾶσα, οὐκ εὔυδρος. *Hinc Atheniensium vrbem ingreditur. via verò amœna est, culta tota, humanitatem*

præ se ferens; at Vrbs ipsa, omninò sicca, neque aquis benè instructa. Quam ob rem defectum hunc supplebant putei, qui per Vrbem plurimi erant. Ecce, in citatis Vitruuij verbis. *Bibunt autem ex puteis, & ita vitant eorum vitia.* Pausanias, in Atticis. Φρέατα μὲν καὶ διὰ πάσης τῆς πόλεώς ἐστι. *Putei sunt passim per totam Vrbem.* Ex his communem vnum habebant, qui curriculi equestris spatio circum eum adhabitabant: qui remoti vlterius erant, ipsi fodere tenebantur. ac si, vbi decem passus altum puteum effodissent, neque aquam invenissent, tum è proximo singulis diebus hydriam sex congiorum bis implere sinebantur, idq; ex Solonis lege. Plutarchus, in eius Vitâ. Ἐπεὶ δὲ πρὸς ὕδωρ οὔτε ποταμοῖς ἐστιν ἀενάοις, οὔτε λίμναις οὔσιν, οὔτ' ἀφθόνοις πηγαῖς ἡ χώρα διαρκής, ἀλλ' οἱ πλεῖστοι φρέασι ποιητοῖς ἐχρῶντο, νόμον ἔγραψεν. ὅπου μέν ἐστι δημόσιον φρέαρ ἐντὸς ἱππικοῦ, χρῆσθαι τούτῳ· (τὸ δ' ἱππικὸν, διάστημα τεσσάρων ἦν σταδίων·) ὅπου δὲ πλεῖον ἀπεῖχε, ζητεῖν ὕδωρ ἴδιον. ἐὰν δὲ, ὀρύξαντες ὀργυιῶν δέκα βάθος παρ' ἑαυτοῖς, μὴ εὕρωσι, τότε λαμβάνειν παρὰ τοῦ γείτονος, ἑξάχουν ὑδρίαν δὶς ἑκάστης ἡμέρας πληροῦντας. *Postquam verò, quod aquam attinet, neque fluuiis perennibus, neque lacubus, fontibusve copiosis, sat instructa regio erat, sed plerique puteis factis vtebantur, legem tulit; vbi puteus publicus esset, intra curriculi equestris spatium, quod est quatuor stadiorum, eo vti vterentur: vbi longiùs abesset, vti aquam propriam quærerent. sed si, postquam ad decem passuum altitudinem effodissent, minimè eam invenissent, tum vt peterent è proximo, & quotidie hydriam sex congiorum bis implerent.* Itaque præfectus illis, qui curaret, ne quis ex alieno puteo furtim peteret, neve ad se deriuaret; isque Ὑδάτων ἐπιστάτης dicebatur. Obseruare

est

est apud Plutarchum, qui Themistoclem aliquando eo munere functum esse, nobis tradit, in eius Vita. Εἶδε καὶ ἐν Μητρὸς ἱερῷ τὴν καλουμένην ὑδροφόρον κόρην χαλκῆν, μέγεθος δίπηχυν· ἣν αὐτὸς, ὅτε τῶν Ἀθήνησιν ὑδάτων ἐπιστάτης ἦν, εὑρὼν τοὺς ὑφῃρημένους τὸ ὕδωρ, καὶ παροχετεύσαντας, ἀνέθηκεν, ἐκ τῆς ζημίας ποιησάμενος. *Vidit etiam in Matris deûm templo virginem æneam, quam Hydrophoron appellant, duorum cubitûm magnitudine, abs se factam, cùm aquarum Athenis præfectus esset, è mulctis eorum, quos aquam abductam diuertisse deprehenderat.* Alius erat, vt hoc obiter etiam moneam, ne confundas, qui Ἐφ' ὕδωρ dicebatur; & iudiciales aquas accurabat, sorte ad id munus lectus. Suidas. Ἐφ' ὕδωρ. ἐν ταῖς πρὸς ὕδωρ δίκαις ἐλάγχανεν ὁ ἐπιμελησόμενος τούτου. *Ad aquam. In causis, quæ ad aquam agebantur, sortitò constituebatur, qui huius curam gereret.* Hesychius. Ἐφ' ὕδωρ λαχεῖν. λαγχάνει τὶς, ὕδωρ παρατηρήσων, τὸ ἐν ταῖς δίκαις. *Ad aquam sortiri. Sorte constituitur quispiam, aquam obseruaturus, in causis agendis.* Obseruabat nempe iste, vt partis vtriusque clepsydræ æquales essent. Erat autem fons quidam proprius, è quo hæc aqua petebatur; atque ad istum leo ex ære collocatus, Κρηνοφύλαξ nuncupatus: munusque ipsum, Κρηνοφυλάκιον dicebatur; &, qui obibant, serui erant, Κρηνοφύλακες appellati; vt Ὁ ἐφ' ὕδωρ, qui curator his præpositus. Pollucis locus nos hæc docet, lib. VIII. cap. IX. sect. XXXII. Ἦν μέντοι καὶ κρηνοφυλάκιον ἀρχὴ, δούλους εἰς τὸ ἔργον, αὐτῆς τῆς ἐπικλήσεως, ἔχουσα. καὶ λέων δέ τις ἐκαλεῖτο Κρηνοφύλαξ, χαλκοῦ πεποιημένος, ἐπὶ κρήνης τινὸς, δι' ἧς τὸ ὕδωρ ἐφέρετο, ἐν ταῖς πρὸς ὕδωρ δίκαις. ἐπιμελητὴς δέ τις κληρωτὸς ἐγίγνετο, ὃς ἐκαλεῖτο Ἐφ' ὕδωρ, ὁ παραφυλάττων τὴν ἰσότητα τῆς κλεψύδρας. *Erat Crenophyla-*

nophylacium dignitas, quæ seruos ad opus, eiusdem cognominis, habebat. ac leo quidam Crenophylax vocabatur, ex ære factus, ad fontem quempiam, è quo aqua petebatur in iudiciȳs, quæ ad aquam agitabantur. & curator quidam erat, sorte lectus, qui Ad aquam dicebatur, & æqualitatem clepsydræ obseruabat. Hesychius strictim. κρηνοφύλαξ, ὁ τὴν κρήνην φυλάσσων. *Crenophylax, fontem custodiens.* Ac præfectura, Κρηνάγγη eidem appellatur. Κρηνάγγη, ἀρχὴ ἐπὶ τῆς ἐπιμελείας ὕδατος. *Crenange, dignitas in curatione aquæ.* Præter aquas, puteos, fontes, torrens erat, Κυκλοβόρος appellatus. Aristophanes, Equitibus.

Ἅρπαξ, κεκράκτης, Κυκλοβόρου φωνὴν ἔχων.
Rapax, vociferator, Cyclobori vocem habens.

Vbi Scholiastes. Κυκλοβόρος, ποταμὸς τῶν Ἀθηναίων, οὐκ ἀεὶ, οὐδὲ διὰ παντὸς, ῥέων, ἀλλὰ χείμαρρος. *Cycloborus, fluuius Atheniensium, non semper, neque vbique, fluens, verùm torrens.* Et ad Acharnenses. Κυκλοβόρος, ποταμὸς ἐν Ἀθήναις χείμαρρος. *Cycloborus, fluuius Athenis torrens.* Meminit eius etiam Suidas; & Eustathius, ad Iliad. β'.

CAP. XI.

CAP. XI.

Muri Vrbis. Μακρὸν τεῖχος. Φαληρικὸν τεῖχος. Διὰ μέσου τεῖχος. *Longus murus, duplex erat; iste, Australis: ille verò, Borealis: vterq; quando ædificatus. Andocidis locus emendatus. Harpocrationis error, item Suidæ, indicatus. Turres multæ in vtroq; in quibus etiam habitatum. Subter, in subiectis agris, villæ plurimæ, permagnificè ædificatæ, & instructæ.*

MVRORVM Vrbis, varia equidem inuenio nomina. Et in iis Μακρὸν τεῖχος memoratur ab Andocide, in Orat. Περὶ μυστηρίων. Ἀνακαλέσαντες δὲ τοὺς στρατηγοὺς, ἀνειπεῖν ἐκέλευσαν, Ἀθηναίων τοὺς μὲν ἐν ἄστει οἰκοῦντας, ἰέναι εἰς τὴν ἀγορὰν, τὰ ὅπλα λαβόντας· τοὺς δ᾽ ἐν μακρῷ τείχει, εἰς γὲ Θησεῖον. *Aduocatis prætoribus, edicere iusserunt, vt, quicunq; Atheniensium in Vrbe habitarent, sumptis armis, in forum irent; qui in muro autem longo, in Thesei fanum*. Et est passim obuia mentio apud Auctores. Præter istud, etiam τὸ Φαληρικὸν nominat Thucydides, lib. II. Ἔστι δὲ αὐτοῦ, ὃ καὶ ἀφύλακτον, τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ. *Est verò pars eius, quam excubiæ nullæ seruant, quæ est inter murum longum & Phalericum.* Etiam τὸ Διὰ μέσου memoratur à Platone, in Gorgia. Περικλέους δὲ καὶ αὐτὸς ἤκουον, ὅτε συνεβούλευεν ἡμῖν περὶ τοῦ Διὰ μέσου τείχους. *Sed & Periclem ipse audiuit, cum de muro medio auctor nobis esset.* Dion Chrysostomus, Orat. VI. Καίτοι διακοσίων σταδίων εἶναι τὴν περίμετρον τῶν Ἀθηνῶν, τοῦ Πειραιέως συντιθεμένου, καὶ τῶν

καὶ τῶν διὰ μέσου τειχῶν. *Quippe ambitum Vrbis, addito Piraeo, & muro medio, ducentorum stadiorum esse.* Occurrit quoque eius mentio apud Plutarchum, lib. De Gloriâ. Quod ad Μακρὸν τεῖχος attinet, id sciendum duplex fuisse; hoc, τὸ Βόρειον, *Boreale:* illud, Νότιον, siue *Australe*, nuncupatum. De priore, est Andocidis iste locus, in Orat. Περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης. Πρῶτον μὲν τὸν Πειραιᾶ ἐτειχίσαμεν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, εἶτα τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ Βόρειον, *Boreale:* illud, Νότιον, siue *Australe*, nuncupatum. De priore, est Andocidis iste locus, in Orat. Περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης. Πρῶτον μὲν τὸν Πειραιᾶ ἐτειχίσαμεν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, εἶτα τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ Βόρειον. *Ac primò quidem illo tempore Piraeo communiuimus, & murum longum Borealem item exstruximus.* Et Æschinis, De falsâ legat. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐτειχίσαμεν τὸν Πειραιᾶ, καὶ τὸ Βόρειον τεῖχος ᾠκοδομήσαμεν. *Isto tempore Piraeum communiuimus, & murum Borealem exstruximus.* Meminit item Plato, De Rep. lib. IV. Λεόντιος ὁ Ἀγλαΐωνος, ἀνιὼν ἐκ Πειραιέως, ὑπὸ τὸ Βόρειον τεῖχος. *Leontius Aglaionis filius, quum ex Piraeo ascenderet, sub murum Borealem.* De altero, Andocides idem, in citatâ Oratione. Καὶ τὸ τεῖχος τὸ μακρὸν τὸ Νότιον ἐτειχίσθη. *Ac murus longus Australis est exstructus.* Ac Borealem quidem murum exstruxerunt, constitutâ cum Lacedæmoniis quinquaginta amorum pace. Andocides, in citatâ statim Oratione. Καὶ τότε ἡμῖν εἰρήνη ἐγένετο πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη πέντε. καὶ ἐνεμείναμεν ἀμφότεροι ταῖς σπονδαῖς ἔτη τρισκαίδεκα. ἓν δὴ τοῦτο, ὦ Ἀθηναῖοι, πρῶτον σκεψώμεθα. ἐν ταύτῃ τῇ εἰρήνῃ ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἔσθ᾽ ὅπου κατελύθη; οὐδεὶς ἀποδείξει. ἀγαθὰ δὲ, ὅσα ἐγένετο διὰ ταύτην τὴν εἰρήνην, ἐγὼ ὑμῖν φράσω. πρῶτον μὲν, τὸν Πειραιᾶ

ἐτει-

ἐτειχίσαμεν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, εἶτα τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ Βόρειον. *Et tunc nobis pax est facta cum Lacedæmonijs in annos quinq;, quam tenuimus annos tredecim. atque hoc vnum, Athenienses, videamus. anne alibi in hâc pace vllum Resp. detrimentum accepit? nemo ostendet. ego verò, quæ eam commoda sint secuta, vobis dicam. Primò quidem, Piræeum communiuimus; inde, exstruximus murum longum Borealem.* Sed corrupta Andocidis verba sic restituo. Εἰρήνη ἐγένετο πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη πεντήκοντα. *Pax est facta cum Lacedæmonijs in annos quinquaginta.* Nam annorum quinquaginta, & non quinque, pax hæc fuit; etsi tredecim tantùm ex istis sarta tecta. Res est nota ex Historiâ; estq; illustris Æschinis locus, in citatâ Oratione. Συνταραχθέντες δὲ ὑπό τινων, καὶ καταστάντες πρὸς Λακεδαιμονίους εἰς πόλεμον, πολλὰ καὶ παθόντες κακὰ, καὶ ποιήσαντες, Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος προκηρυκευσαμένου πρὸς Λακεδαιμονίους, ὄντος προξένου, σπονδὰς τοῦ πολέμου πεντηκονταετεῖς ἐποιήσαμεν. ἐχρησάμεθα αὐταῖς δὲ ἔτη τρισκαίδεκα. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐτειχίσαμεν τὸν Πειραιᾶ, καὶ τὸ Βόρειον τεῖχος ᾠκοδομήσαμεν. *Concitati à quibusdam, belloq; contra Lacedæmonios suscepto, multis malis datis passim & acceptis, intercessione Miltiadis, Cimonis filij, cui hospitium erat cum Lacedæmonijs, fœdus annorum quinquaginta percussimus, eoq; tredecim annos sumus vsi. hoc tempore Piræeum muro cinximus, & Borealem murum fecimus.* Australem verò, exstruxerunt pace cum iisdem illis Lacedæmoniis tricennali. Andocides postea, in eadem Oratione, vbi de pace istâ agit, & secutis illam bonis. Νεωσοίκους τε ᾠκοδομησάμεθα, χιλίους τε καὶ διακοσίους ἱππέας, καὶ τοξότας τοσούτους ἑτέρους κατεστήσαμεν· καὶ τὸ τεῖχος τὸ μακρὸν τὸ Νότιον ἐτειχίσθη. *Et naualia exstruximus, & mille ac ducen-*

ac ducentos equites, totidemq; sagittarios, constituimus: tum & structus murus longus Australis. Habes itidem apud Æschinem, qui videndus, in citatá pluries Oratione. Erat autem, vt hoc moneam, murus Australis, qui ad mare adiacebat; & Piræeum, Phalerumque continebat: Borealis, qui terrestre Vrbis latus includebat. Ac maritimum quidem murum, siue Australem, quando inceperint, memoratur à Thucydide, lib. 1. Ἤρξαντο δὲ κατὰ τοὺς χρόνους τούτους καὶ τὰ μακρὰ τείχη Ἀθηναῖοι ἐς θάλασσαν οἰκοδομεῖν, τό, τε Φαληρόνδε, καὶ τὸ ἐς Πειραιᾶ. *Circa hæc tempora inceperunt Athenienses exstruere murum maritimum, Phalerum versus, & Piræeum.* Id autem factum, cum Æginam obsiderent; & absoluerunt, cùm, Bœotiis superatis ad Oenophyta, agrum Bœotium, ac Phocensem, subegissent; & Tanagræorum muros deiecissent, durante etiam obsidione Æginensi. Thucydides non multo post, eodem libro. Καὶ μάχῃ ἐν Οἰνοφύτοις τοὺς Βοιωτοὺς νικήσαντες, τῆς τε χώρας ἐκράτησαν τῆς Βοιωτίας, καὶ Φωκίδος· καὶ Ταναγραίων τὸ τεῖχος περιεῖλον, τά τε τείχη τὰ ἑαυτῶν τὰ μακρὰ ἀπετέλεσαν. *Et prælio in Oenophytis cum Bæotos superassent, eorumq; agrum, ac Phocensium, subegissent, & Tanagræorum muros deiecerunt, & suæ Vrbis muros longos exstruxerunt.* Διὰ μέσου τεῖχος, siue *Medius murus*, erat, qui Australem & Borealem coiungebat. Non rectè certè Harpocration, murum Australem eundem esse Medium dicit. Ecce verba. Διὰ μέσου τεῖχος. Ἀντιφῶν. πρὸς Νικοκλέα. Τριῶν ὄντων τειχῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Τριφάλητι, τοῦ τε Βορείου, καὶ τοῦ Νοτίου, καὶ τοῦ Φαληρικοῦ, διὰ μέσου τούτων ἐλέγετο τὸ Νότιον. *Medius murus. Antiphon, aduersus Nicoclem. Cum tres in Attica muri essent, vt etiam in Tri-*

phalete

phalete ait Aristophanes Borealis, Australis, & Phalericus, medius inter hos dicebatur Australis. Vbi non simpliciter errat; nam nec medius erat Australis, nec Phalericus singularis murus aliquis, verum quædam pars Australis, vt ostendi. Eundem errorem errat Suidas, Harpocrationis compilator, in Διὰ μέσου τείχους. In muro autem longo vtroque turres multæ; eæq; item habitatæ, ob frequentiam. Thucydides, lib. II. Κατεσκευάσαντο δὲ καὶ ἐν τοῖς πύργοις τῶν τειχῶν πολλοὶ, καὶ ὡς ἕκαστός που ἐδύνατο. οὐ γὰρ ἐχώρησε ξυνελθόντας αὐτοὺς ἡ πόλις, ἀλλ' ὕστερον δὴ τά τε μακρὰ τείχη ᾤκησαν κατανειμάμενοι, καὶ τοῦ Πειραιέως τὰ πολλά. *Multi etiam in ipsis murorum turribus domicilia sibi parârunt, & quo quisq; loco poterat. neque enim Vrbs capax erat eorum omnium, qui conuenerant; itaque & postea muros longos, inter sese distributos, habitarunt; & Piræei magnam partem.* Iuxta, in subiectis agris, villæ multæ, permagnificè ædificatæ, & instructæ sumptuosâ supellectile. Obseruo alibi, apud Thucydidem eundem, eodem libro. οἱ δὲ δυνατοὶ, (ἐλυποῦντο,) καλὰ κλήματα κατὰ τὴν χώραν οἰκοδομίαις τε καὶ πολυτελέσι κατασκευαῖς ἀπολωλεκότες. *Qui opibus pollebant, (angebantur,) quod egregia in agris prædia, villasq; magnificè exstructas, & sumptuosâ supellectile plenas, amisissent.*

CAP. XII.

Portæ variæ; Αἰγέως, Ἀχαρνικαὶ, Διόμειαι, Ἠρίαι. *Theophrastus emendatus.* Θριασίαι, Θειασίαι; *Harpocrationis locus restitutus. Eadem* Δίπυλον *appellata, &* Κεραμεικαί. Ἱεραὶ, Ἱππάδες, Ἰτωνίαι, Μελιτίδες, Πειραϊκαὶ, Σκαιαί. *Portula quædam in littore. Suburbia duo;* Κεραμεικὸς, *&* Ἱερὰ Συκῆ.

DENIQVE portas etiam Vrbis memoremus. De earum nomina obseruaui. Erant verò πύλαι ΑΙΓΕΩΣ, iuxta Delphinium, vbi Ægeus habitauerat; vnde nomen. Plutarchus, in Vitâ Thesei. Λέγεται δὲ τῆς κύλικος πεσούσης, ἐκχυθῆναι τὸ φάρμακον, ὅπου νῦν ἐν Δελφινίῳ τὸ περίφρακτόν ἐστιν. ἐνταῦθα γὰρ ὁ Αἰγεὺς ᾤκει· καὶ τὸν Ἑρμῆν, τὸν πρὸς ἕω τοῦ ἱεροῦ, καλοῦσιν ἐπ' Αἰγέως πύλαις. *Fertur verò, prolapso calice, venenum effusum esse, vbi nunc in Delphinio septum est. Illic enim habitabat Ægeus; & Mercurium, qui ad orientem fani est, in Ægei portâ nuncupant.* ΑΧΑΡΝΙΚΑΙ. Hesychius. Ἀχάρναι, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. Ἀχαρνικαὶ, πύλαι Ἀθήνησιν. *Acharnæ, populus Atticæ, Acharnicæ, porta Athenis.* Erat nempe ea porta, quâ Acharnas exibatur. ΔΙΟΧΑΡΟΥΣ. Strabo, lib. IX. Εἰσὶ μὲν οὖν αἱ πηγαὶ, καθαροῦ καὶ ποτίμου ὕδατος, ὥς φασιν, ἐκτὸς τῶν Διοχάρους καλουμένων πυλῶν. *Sunt quidem fontes aquæ puræ, & potabilis, vt aiunt, extra portam Diocharis.* ΔΙΟΜΕΙΑΙ. Hesychius, in Δημιάσι. Μή ποτε οὖν ἀντὶ τοῦ Διομείησι πύλαις Δημιάσιν εἶπεν, διὰ τὴν ἐγγύτητα τῶν ὀνομάτων; *An non pro Dioméæ*

Dioméa porta dixit Demia, ob vicinitatem nominum? HPIAI. Etymologici Auctor. Ἠρίαι, πύλαι Ἀθήνησι· διὰ τὸ τοὺς νεκροὺς ἐκφέρεσθαι ἐκεῖ ἐπὶ τὰ ἠρία, ὅ ἐστι τοὺς τάφους. *Sepulcrales, portæ. Athenis; quia illic cadauera efferrentur ad τὰ ἠρία, siue sepulcra.* Corrigendus in huius portæ nomine Theophrastus, in Eth. Charact. cap. Περὶ ἀναισθησίας. Πόσους οἴει κατὰ τὰς ἠρίας πύλας ἐξενηνέχθαι νεκρούς. *Quàm multa putas cadauera elata porta sepulcrali?* Perperam editur, κατὰ τὰς ἱερὰς πύλας, *porta sacra*: vt monui nuper, *Eleusiniorum* cap. XXVII. Scio equidem πύλας ἱερὰς, *Portam sacram*, fuisse Athenis, quâ ibatur Eleusinem, ad celebranda sacra Cereris, vnde illi nomen datum; & de eâ statim quoque sum dicturus: sed cadavera per hanc non efferri solita: itaque omninò corrigendus Theophrasti iste locus. ΘΡΑΚΙΑΙ. Thucydides, lib. V. Καὶ τοὺς ἄλλους μετὰ τοῦ Κλεαρίδα καθίστη ἐπὶ τὰς Θρακίας καλουμένας τῶν πυλῶν. *Cæterosq;, qui cum Clearida erant, constituit ad portam Thraciam.* Et mox. Καὶ ὁ Κλεαρίδας, ὥσπερ εἴρητο, ἅμα κατὰ τὰς Θρακίας πύλας ἐπεξελθὼν, τῷ στρατῷ ἐπεφέρετο. *Et Clearidas, vti constitutum fuerat, portâ Thraciâ erumpens, eodem tempore cum exercitu in hostem ferebatur.* ΘΡΙΑΣΙΑΙ. Hesychius. Θριάσιαι, πύλαι οὕτω καλοῦνται Ἀθήνησιν. *Thriasia, porta ita dicitur Athenis.* Corruptus in hoc nomine Harpocrationis locus, in Ἀνθεμόκριτος, ex Isæi Oratione Πρὸς Καλυδῶνα. Τό τε βαλανεῖον, τὸ παρ' Ἀνθεμοκρίτου ἀνδριάντα· τουτέστι, πρὸς ταῖς Θρασείαις πύλαις. *Et balneum, quod est iuxta Anthemocriti statuam. id est, ad portam Thraséam.* Ita in Aldinâ editione vtraque legitur. Philippus Maussacus, vir præstantissimus, & non vulgariter de Harpo-

cratione meritus, restituendum existimabat, πρὸς ταῖς Θρακίαις πύλαις. *Ad portam Thraciam:* & ad locis illius illustrationem plura pollicitus in vocem Πύλαι, nihil dicit. Ego veram omninò lectionem censeo, πρὸς ταῖς Θριασίαις πύλαις; *Ad portam Thriasiam.* Postea impositum nomen fuit ΔΙΠΥΛΟΝ. Plutarchus docet, in Vitâ Periclis; & emendationem meam validè firmat. Ταφῆναι δ' Ἀνθεμόκριτον παρὰ τὰς Θριασίας πύλας, αἳ νῦν Δίπυλον ὀνομάζονται. *Sepultum verò esse Anthemocritum, ad portam Thriasiam, quæ nunc Dipylum appellatur.* Erat autem hæc maxima omnium, quæ Athenis. Liuius, lib. XXXI. *Ad Dipylon accessit. Porta ea, velut in ore Vrbis posita, maior aliquanto, patentiorq́ue, quàm cæteræ: & intrà eam, extraq́ue, latæ sunt viæ.* Meminit eius etiam Plutarchus, in Syllâ. Ὁ περὶ τὴν ἀγορὰν φόνος ἐπέσχε πάντα τὸν ἐντὸς τοῦ Διπύλου Κεραμεικόν. *Ea cædes, quæ in foro perpetrata, vniuersum intrà Dipylum Ceramicum implebat.* Et Polybius, Legat. Eclog. III. Ἐπεὶ δ' εἰσήει κατὰ τὸ Δίπυλον, ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους παρέστησαν τὰς ἱερείας, καὶ τοὺς ἱερεῖς. *Postquam ingrederetur per Dipylum, vtraq́ue ex parte constituerant sacerdotes fœminas, ac viros.* In Plutarchi autem verbis hoc obserua; πάντα τὸν ἐντὸς τοῦ Διπύλου Κεραμικόν. *Vniuersum intrà Dipylum Ceramicum:* Ergo erat in propinquo Ceramicus: & intelligi sine dubio illa ipsa porta debet, de quâ Xenophon, Hist. Græc. lib. II. Καὶ ἄλλοι οἱ τεθαμμένοι τῶν Λακεδαιμονίων πρὸ τῶν πυλῶν, ἐν τῷ Κεραμεικῷ. *Aliiq́ue è Lacedæmoniis, qui sepulti ante portam, in Ceramico.* Et Philostratus, in Philagro, Sophist. lib. II. Παρῆλθεν εἰς τὸ τῶν τεχνιτῶν βουλευτήριον, ὃ δὴ ᾠκοδόμηται παρὰ τὰς τοῦ Κεραμεικοῦ πύλας. *Transiit ad prætorium artificum, quod ad portam Ceramici exstructum.* Et

pro-


profectò, à vicino Ceramico etiam factum, vt ΚΕΡΑΜΕΙΚΑΙ nomen daretur; quâ de re notaui plura, *Ceramici* cap. XVIII. ΙΕΡΑΙ. Plutarchus, in Syllâ. Αὐτὸς δὲ Σύλλας τὸ μεταξὺ τῆς Πειραϊκῆς πύλης, καὶ τῆς Ἱερᾶς, κατασκάψας, καὶ συνομαλύνας, περὶ μέσας νύκτας εἰσήλαυνε φρικώδης. *Ipse Sylla, destructâ, ac solo æquatâ eâ parte, quæ est inter portam Piræensem, & Sacram, circa mediam noctem cum magno terrore in Vrbem ingressus est.* ΙΠΠΑΔΕΣ. Plutarchus, in Hyperide, lib. De x Rhet. Τοὺς δὲ οἰκείους, τὰ ὀστᾶ λαβόντας, θάψαι τε ἅμα τοῖς γονεῦσι, πρὸ τῶν Ἱππάδων πυλῶν, ὥς φησιν Ἡλιόδωρος, ἐν τρίτῳ Περὶ μνημάτων. *Domesticos verò eius, accepta ossa sepeliuisse cum maioribus, ante portam Equestrem, vt auctor est Heliodorus, libro tertio De monumentis.* ΙΤΩΝΙΑΙ. Æschines philosophus, in Axiocho. Ὡς δὲ θᾶττον τὴν παρὰ τὸ τεῖχος ᾔειμεν, ταῖς Ἰτωνίαις (πλησίον γὰρ ᾤκει τῶν πυλῶν, πρὸς τῇ Ἀμαζονίδι στήλῃ,) καταλαμβάνομεν αὐτόν. *Cùm autem ocyus iremus viâ, quæ præter mœnia ducit, ad portam Itoniam (siquidem iuxta hanc habitabat, ad columnam Amazoniam,) ipsum assecuti sumus.* ΜΕΛΙΤΙΔΕΣ. Pausanias, in Atticis. Μνῆμά ἐστιν οὐ πόῤῥω πυλῶν Μελιτίδων. *Monumentum exstat non longè à portâ Melitensi.* Et Marcellinus, in Vitâ Thucydidis. Πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνεια μνήματα. *Ad portam Melitensem quam vocant in Cælâ sunt Cimonis quæ dicuntur monumenta.* ΠΕΙΡΑΙΚΑΙ. Plutarchus, in Theseo. Καὶ τάφους τῶν πεσόντων περὶ τὴν πλατεῖαν εἶναι, τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὰς πύλας, παρὰ τὸ Χαλκώδοντος ἡρῷον, ἃς νῦν Πειραϊκὰς ὀνομάζουσι. *Ac sepulcra cæsorum esse ad plateam, propter Chalcodontis herois fanum, qua ad portam itur, nunc Piræensem appellatam.*

Iterum

Iterum, in Syllâ, in citatis ſtatim verbis. Μεταξὺ τῆς Πειραϊκῆς πύλης, καὶ τῆς Ἱερᾶς. *Inter portam Piræenſem, & Sacram.* ΣΚΑΙΑΙ. Hilduinus, in Vitâ Dionyſij Areopagitæ, vbi de Athenis agit. *Quarta regio ciuitatis eiuſdem verſa eſt ad portam Scæam.* Portulæ item cuiuſdam in littore, non expreſſo eius nomine, meminit Lycurgus, Orat. in Leocratem. Οὐκ ἐκ τῆς ἀκτῆς κατὰ τὴν πυλίδα ἐμβαίνουσιν οἱ κατ' ἐμπορίαν πλέοντες, ἀλλ' ἐκ τοῦ λιμένος, ὑπὸ πάντων τῶν φίλων ὁρώμενοι. *Non è littore iuxta portulam ingrediuntur, qui mercaturæ exercendæ cauſa adnauigant, ſed è portu, ab amicis omnibus conſpecti.* Portis annexa ſuburbia; inter quæ *Ceramicus* maximè excellebat: de quo ſeorſim libro ſingulari dixi. Erat etiam Ἱερὰ Συκῆ, quà Eleuſinem iter erat; vbi myſtæ, ſacra in Vrbem reducentes, quieſcebant; vti dixi in *Eleuſiniis*, cap. XXVII. Illic vide. Aliorum nondum nomina obſeruare vſquam memini.

FINIS.

RERVM


PLAN DES ENVIRONS D'ATHÈNES
Pour le Voyage du jeune Anacharsis
Par M. BARBIÉ DU BOCAGE.
Colone
Académie
Céramique
ATHÈNES
Mont Hymette
MURS
LONGS
PHALÈRE
Rade de Phalère
PIRÉE
Port Pirée
Presqu'isle
Munychie
Cap Colias
Stades Olympiques
Toises de France

RERVM,
AC
VERBORVM,
Maximè memorabilium,
INDEX.

In quo numerus Romanus, librum; Barbarus, caput designat.

Boreas

FINIS.

AVCTORVM,

Qui hîc

Citantur, Illuſtrantur, Emendantur,

INDEX.

Dama-

51.55.

FINIS.

BENIGNE LECTOR.

QVia Opus hoc magnam partem me absente est excusum, ita vt correctioni præesse non potuerim, errata quædam indicare tibi visum. Si quæ alia etiam erunt, ea pro candore tuo ipse obiter emendabis. Pag. 116. lin. 19. pro *Iconiam*, scribe *Itoniam*. pag 118. in lemmate capitis vndecimi, lin. 5. pro *Thoribanteum*, scribe *Phorbanteum*. pag. 119. lin. 1. pro Ἀφροδίζης, scrib. Ἀφροδίτης. pag. 121. lin. 18. pro *Auxonen*, scrib. *Auxonem*. pag. 125. in lemmate capitis decimitertij, lin. 16. pro *Sostratu*, scrib. *Socratis*. pag 127. lin. 19. pro *colebatur*, scribe *colitur*. Idem mendum est eâdem paginâ, lineâ penultima. pag. 128. lin. 17. pro *ca*, scribe *ea*. pag. 129. lin. 4. post *Athenienses*, adde *Thallonem appellantes deam*. pag. 132. lin. 9. pro *sesquisectarius*, scribe *sesquisextarius*. pag. 135. lin. 26 pro ἡσυχίδαι, scribe Ἡσυχίδαι. pag. 139. lineâ à fine sextâ, pro τοῖς, scribe τοῖς. Ibidem, lineâ sequente, pro *Athenienses* scribe *Atheniensis*. pag. 142. lin 10 pro *ergo* scribe *erga*. pag. 154. lin. 10. pro *Sibyrti*, scribe *Siby--ij*. pag. 155. in lemmate capitis sexti, linea quarta, post *vbi*, adde, *initum*. Βουγλεῖον. *Rex vbi*. pag. 166. lin. 26. dele *vrbem*. pag 169. lin. 18. post *Rota*, adde *quædam*. pag. 176. lin. 6 ista omnia verba *De priore*, vsque ad finem lineæ nonæ, *nuncupatum*, incuriâ typothetæ male geminata, dele. Ibid. lin. 24 pro *amorum*, scribe *annorum*. pag 180 lineâ primâ capitis duodecimi, pro *memoremus. De earum nomina*, interpunge, & scribe, *memoremus; quarum nomina*. pag. 182. lin. 2. pro *locis*, scribe *loci*.